Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Homerus

Iliados libri primi et secundi interpretatio : Mss. philol. 8

[Handschrift], [Schwerin?], 1557

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0001

I

Iliados libri primi, et secundi
interpretatio

M. D. LVII Calen octob.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Mss. philol. 8.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0003

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0004

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Iliado

Perniciosam Achillis iram cane dea, quae innumeros Graecis dolores inu-
sit, multasque fortes heroum animas ante tempus ad inferos misit, ipsosque
canibus, alitibusque cunctis dilaniandos obiecit. (Iouis autem satisfiebat
consilio, cum primum mutua contentione distracti sunt Agamemnon &
Achilles) quisque deorum hanc inter illos contentionem excitarit? Nempe
Latonae, & Iouis filius Apollo. Hic enim ~~cum~~ quod esset regi iratus
pestiferum morbum in exercitum immiserat, quo populi peribant, pro-
pterea quod Chrysen sacerdotem ignominia affecerat Agamemnon.
Is enim ut filiam redimeret, cum coronis Apollinis, et aureo sceptro
ad naues Graecorum ueniebat, grande afferens precium, et cum omnes
Graecos obsecrabat, tum inprimis Agamemnonem, et Menelaum duces
Atridae (inquit) uosque alii Graeci uobis quidem dii largantur, ut expugnata
Troia feliciter domum redeatis. Filiam autem charam mihi resti-
tuite, & pro ea redimenda hoc accipite precium, reuerentes Iouis fili-
um Apollinem. Ibi alii quidem Graeci omnes magna acclamatio-
ne, & honorem sacerdoti haberi & praeclarum pro redimenda filia precium
accipi iubebant. Agamemnoni autem haec sententia non probaba-
tur, sed male eum dimittebat, additis etiam minis: Quae Cniquit
senex, ne te aut nunc apud naues morantem, aut post hac redeuntem

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

A

offendam, ne te neque sceptrum, neque Apollinis corona iuuet. Hanc ego non restituam, priusquam domi nostrae in Argo procul à patria consenescat, telam texens, et meum lectum curans diligenter. Sed abi, noli me irritare, ut saluus hinc discedas. Hac oratione perterritus senex, mandato regis obtemperauit, tacitusque ad littus se recepit. Deinde cum secessisset, multis uerbis precatus est Apollinem: Apollo (inquit) argenteo arcu insignis, qui Chrysam, qui Cillam defendis, Tenedoque fortiter imperas, Apollo Smintheu, audi meas preces. Si unquam studui sarta tecta aedis tibi gratissimae tueri, si tauros, & capras rite immolaui, quaeso hac in re meae morem gere uoluntati: Fac ut Graeci meas lachrymas tuis sagittis luant. Huius precibus auditis, è coelo delabitur Apollo, ardens iracundia, noctique similis, arcum humeris gestans, & pharetram, resonantibus propter euntis celeritatem sagittis. Postea seorsum à nauibus considens, cum horribili sono emisso telo primum iumenta, et canes adoritur, deinde homines configit. Atque his dei telis per nouem dies in exercitu grassantibus, mortuorum corpora, assiduè regis ardentibus, caterua tim cremabantur. Decimo autem die Achilles concilium conuocauit, idque instinctu Iunonis: Haec enim morientium Graecorum uicem dolebat. Postquam igitur omnes in unum locum con-

uenerunt, surgens inter eos Achilles, huiusmodi orationem habuit: Nunc domum nos reuersuros esse arbitror Agamemnon, siquidem mortem effugere possimus, quando et bellum, & pestilentia Graecos absumit. Sed age aliquem augurem, aut auspicem, aut coniectorem somniorum consulamus (etenim somnia ~~quoque~~ à Ioue proficiscuntur) qui dicat, Cur Apollo tantopere irascatur, utrum de uoto queratur, an de sacrificio, si forte uelit, agnorum, caprarumque nidorem consecutus, hanc à nobis pestem depellere. Cum haec locutus resedisset, tum inter eos Calchas Thestoris filius surrexit, augurum omnium facile princeps, cui nota erant quae sunt, fuerunt, et futura sunt, quemque Graeci ad Troiam profecturi ob diuiniandi scientiam, quam ab ipso Apolline acceperat, classis ducem elegerant. Is igitur cum esset prudens, hoc modo uerba fecit: Quod me dicere iubes generose Achille quid sit, quamobrem Apollo irascatur, id ego faciam, sed hac lege, ut sanctissimo iureiurando confirmes, te mihi et uerbis, & manibus opitulaturum. Certo enim scio, stomachaturum esse eum, qui non solum Argiuis omnibus imperat, sed summam rerum administrat. Superior enim rex, cum homini inferiori irascitur, quamuis in praesentia bilem concoquat, tamen in posterum tamdiu seruat iram quoad animum ulciscendo exaturet. Quare etiam atque etiam consi

quae fuerunt, quae futura sunt. 3. 59. D.

dera, an me seruare possis. Cui respondens Achilles: Tu uero (inquit) fidenti animo quam nosti uaticinationem exprome. Per Apollinem enim iuro, cuius tu ~~instinctu~~ afflatu Graecis oracula edis Calcha, te à nemine Graecorum me uiuo, atque hanc lucem intuente uiolatum iri, nec si Agamemnonem dicas, qui nunc se omnium, qui sunt in exercitu, longè praestantissimum esse gloriatur. Tum demum Calchas deposito metu: Neque de uoto (inquit) queritur Apollo, neque de sacrificio, sed quia sacerdotem eius contempsit Agamemnon, non restituta filia offerenti precium, propterea nos afflixit, et adhuc affliget, nec prius finem faciet pestilentiae, quam patri gratis, & sine precio reddita puella, missisque centum ~~bobus~~ hostijs, in oppido Chrysa immolandis. Hac nobis expiatione Apollinem placauerimus. Cum haec locutus resedisset, tum inter eos rex Agamemnon surrexit dolens: qui truculentia uultus ira declarans, primum Calchantem sic affatus est: Vates male, qui ut nunquam antea quicquam mihi boni praedixisti, quasi te iuuet semper mihi aduersa uaticinari, ita nunc quoque in exercitu Graecorum dictitas, Apollinem propterea illos affligere, quod ego praeclarum pro redimenda Chryseide precium accipere noluerim. Ego uero etsi fateor me hanc amare, quippe quae nec corporis habitudine, nec ingenio, nec operibus muliebribus Clytemnestra uxore sit inferior: tamen si melius est illam resti

timore deposito: 3-60. A.

tui, fiat: Malo ego populum saluum esse, quàm mea causa perire. At
uos uicissim operam date, ut hoc mihi damnum resarciatur, ne solus Græ-
corum contra ius, fasque præmio caream. Dispicietis enim hoc uniuersi,
quod mihi præmium aliunde comparetur. Tunc Achilles: Cui fieri po-
test (inquit) clarissime Agamemnon, idémque auarissime, ut te præ-
mio afficiant Græci, cùm nulla habeant bona communia, sed quæ ex ur-
bium direptionibus sunt consecuti, distributa sint, ita ut ea non conueniat
in medium allata de integro diuidi. Quare age puellam nunc rehi-
que deo. Nos uerò si quando Ioue adiuuante Troiam ceperimus, triplo,
aut quadruplo iacturam ~~ipsam~~ istam compensabimus. Ad hæc Agamemnon:
Noli (inquit) Achille, quamuis et animi, & corporis bonis excellas, sub-
dolè, et uersutè mecum agere. Neque enim me falles, nec mihi persua-
debis, ut tibi auscultem. Siccine me iubes hanc restituere, ut tu præ-
mium retineas tuum, ego caream meo? At siquidem Græci commu-
ni consensu aliud mihi præmium huic par decreuerint, amissionem
huius feram æquo animo? Sin minus, ego aut tuum eripiam, aut
Aiacis, aut Vlyssis, nihil curans, quamuis stomachetur is, cui eri-
postremus se reuobimus. Cic. 2. 4. 4.
puero. Sed de hoc postea uiderimus. Nunc age nauem deducamus
impositisque in eam idoneis ~~nauis~~ remigibus, et hostiis, Chryseiden re-
mittamus, delecto ex proceribus Nauarcho, aut Aiace, aut Idomeneo

aut

aut te omnium immanissime Achille, ut Apollinem nobis places, immolatis hostiis. Huic Achilles toruo uultu: O impudens (inquit) & auare, quo pacto quisquam Graecorum alacri animo tibi obtemperet, siue suscipienda sit expeditio, siue cum hostibus dimicandum: ~~Ego uero~~ Eqdem, quòd ad me attinet, nullo priuato Troianorum odio impulsus huc ueni, quando nihil habeo, quòd illos accusem. Neque enim boues meas, nec equos abegerunt unquam, nec populati sunt agros, cum & multi inter phthiam, & Troiam montes, ~~interie~~ et ~~ipsum~~ mare sit interiectum: Sed te homo impudentissime secuti sumus, ut tibi, & Menelao poenas à Troianis repeteremus, quae tu beneficia plane contemnis, ac pro nihilo ducis, adeò ut nunc te meum mihi praemium ecepturum mineris, pro quo magnos labores sustinui, quódque mihi donatum est à Graecis. Atqui si quando expugnata fuerit Troia, nequaquam praemium habiturus sum par tuo, sed maximam belli partem manus meae administrat, uerum cum ad distributionem uentum est, multò maior pars est tua, mea uerò exigua. Quare quoniam id multò melius est, in patriam nunc reuertar. Neque uerò te post meum discessum magnas opes hic consecuturum esse arbitror, quippe qui inhonoratus futurus sis, & inglorius.

Hic Agamemnon: Tu uero (inquit) fuge, si lubet: Neque enim te rogo, ut mea causa maneas, quando apud me sunt alij, qui me honorent, inprimisque Iupiter. Inter omnes reges maximè mihi inuisus es propterea quod nulla re aeque delectaris, atque contentione, bellis, pugnis.. Quod si uiribus excellis, non est, quod hoc tibi, sed deo tribuas, à quo accepisti. Quare abi in patriam cum sociis, ibique Myrmidonibus impera; nam ego te nihil curo, nec iram tuam floccifacio. Veruntamen hoc tibi minitans praedico, quia Chrijseidem à me aufert Apollo, eam ego cum naue, sociisque meis remittam: Sed pro ea tuum praemium Chrijseidem abducam, ut et tu facile intelligas, quantum tibi praestem, et alius oratione, & dignitate se mihi aequare queratur. Hac Agamemnonis oratione inflammatus Achilles secum ipse deliberat, utrum stricto gladio alios metu perterritos fuget, ipse uero Agamemnonem trucidet, an sibi imperet, cohibeatque iracundiam. Dum haec reputat, gladium educens; pallas è coelo delabitur (hanc enim pro sua in ambos beneuolentia, & charitate miserat Iuno) stansque à tergo, cum à solo Achille conspiceretur, flaua illum coma prehendit. Obstupefactus Achilles, cum conuersus Palladem agnouisset (erat autem terribilis aspectu) his eam uerbis affatus est: Cur tandem huc uenisti Iouis folia? An ut Agamemnonis petulantiam conspicias? Sed praedico tibi, quod certè futurum esse arbitror: Insolentia sua breui efficiet, ut occidatur. At propterea (inquit Pallas) huc ueni à Iunone coelitus missa, ut impetum animi tui coërceam. Quare age desine contendere, noli educere gladium, sed uerbis age causam tuam

ut libet, non ferro. Hoc enim pro certo tibi affirmo, fore, ut propter
hanc iniuriam triplo maiora tibi dona offerantur: tu modò fac
animum tuum uincas, nobisque obtemperes. Tum Achilles: Etsi
(inquit) istius iniuriam ulcisci statueram: tamen et honestius
est, & melius uobis dea dicto audientem esse. Nam dij eos maxi-
me audiunt, qui ipsis obediunt. Haec fatus, gladium in uaginā
recondit, Mineruae obtemperans; quae cum in coelum reuersa esset,
Achilles nondum restincto ardore iracundiae, nouis Agamemnonem
conuitijs adoritur: O uinolente (inquit) ô impudens, atque ignaue,
nunquam tantum habuisti animi, ut uel armatus cum exercitu
praelium mires, uel cum principibus locum caperes ad insidias accom-
modatum: Metuis enim, ne ea res tibi sit exitio. Scilicet melius
est in castris manere, socijsque dona eripere, si quis tibi aduersari
audeat. Ô rex populum deuorans, nisi hominibus nihili imperares
hodie hac nos ultima laesisses iniuria. Sed praedico tibi, addi-
toque sanctissimo iureiurando confirmo, per hoc sceptrum iurans,
(quod semel recisum à stirpe, nunquam repullulabit, nunquam
ramos procreabit, nunquam frondescet: sed nunc artificis manu
dolatum, ac fabrefactum in dicendo, & conseruando iure Graecorum
regum insigne est) fore aliquando illud tempus, cum Achillis desi-
derium Graecos tenebit uniuersos; quos cum tu non poteris de ma-
nu Hectoris eripere: tuus te moeror lacerabit, & conficiet; quod
praestantissimum Graecorum pro nihilo putaueris. Cum haec
dixisset, proiecto in terram sceptro, resedit. Agamemnone autem
ex altera parte irascente, & stomachante, prosiluit inter eos Nestor,

Pyliorum et imperio, & suauiloquentia facilè princeps: Ex cuius lingua melle dulcior fluebat oratio: uir grandis natu, quippè qui iam tertiam ætatem hominum uiuebat. Is igitur cum esset prudens, hoc modo uerba fecit: Proh dij immortales, quanto in luctu futura est Græcia, quanta Priamus cum filijs, alijsque Troianis afficietur lætitia; si uos duos, qui Græcis & consilio, et armis antecellitis, de his omnibus dissidiari cognouerint? Sed parete quæso consilio meo: qui et maior sum natu, quam uterque uestrum: & olim cum præstantioribus uiris, quam uos estis, familiariter uixi: qui me nunquam contemnendum putauerunt. Neque enim tales uiros unquam aut uidi, aut uidebo, quales fuerunt Pirithous, Drijas, Cæneus, Exadius, Polyphemus, Theseus. Nam et fortissimi omnium mortalium extiterunt; & fortissimos Centauros admirabili pugna deuictos funditus perdiderunt. Ad quod bellum ego quoque ab eis euocatus, procul è Pylo usque subsidio ueni: iaque pro mea parte pugnauj cum iis, cum quibus nemo eorum, qui hodie uiuunt, audeat dimicare. His igitur tantis uiris cum uterer familiariter; studiosè me audiebant, libenterque obtemperabant. Quare agedum uos quoque in eo, quod ad communem omnium salutem pertinet, meis monitis, præceptisque parete. Id autem fiet, si neque tu Agamemnon præstantia tua fretus huic eripias puellam; quam dederunt ei Græci, ut esset uirtutis præmium: Nec tu Achille contendere animum inducas cum rege, qui ab ipso Ioue tantam, quantam alius nemo, consequutus est dignitatem. Quod si tu robore excellis, deaque matre prognatus es: at hic te potentia longè, imperioque superat.

Tu uerò Agamemnon iracundiam coërce: Achillem, ego dabo operam, ut reconciliem: qui ad propulsandum belli impetum, quasi murus quidam habendus est totius exercitus. Ad hæc Agamemnon: Rectè tu ista quidem omnia (inquit) et uerè commemoras ô senex: Verum hic uir omnibus alijs uult antecellere: omnes superare uult, in omnes dominarj, omnibus imperare: quod ego non ferendum esse existimo. Itane uerò, quia deorum benignitate bellator est egregius, propterea maledicum conuiciatorem esse oportet.

Nondum finierat orationem, cum Achilles interpellans: Na ego (inquit) ignauus, ac nihili homo iurè, et meritò appeller; si omnibus in rebus tuæ me potestati subijciam. Quare alijs ista impera, non mihi: Neque enim posthac puto fore, ut tibi obtemperem. Quin etiam aliud tibi dicam, quod tu penitus animo tuo mandes uelim: de puella neque tecum, neque cum ullo alio pugnabo: quoniam ijdem qui dedistis, eam mihi eripuistis. Cæterarum autem rerum, quas habeo apud nauem, nihil mihi contra uoluntatem meam abstuleris. Quod si non credis, age si lubet fac periculum; ut hi quoque ita esse intelligant: Mox tibi cruore stillabit hasta, quâ te transfigam. Postquam his altercationibus multum temporis consumpserant; tandem dimisso concilio, surrexerunt. Et Achilles quidem cum Patroclo, alijsque socijs ad tentoria, nauesque suas redijt. Agamemnon uerò deducta naue, delectisque in eam uiginti remigibus, impositisque hostijs centum, Briseïdem in ea collocauit, addito Nauarcho Vlijsse. Quibus nauigantibus, Agamemnon purgari populos iubet: Qui cum sese pur-

Cassent, sordésque in mare proiecissent: centum eximias taurorum caprarúmque hostias in littore immolabant Apollini: Quarum nidor unà cùm fumo ascendebat in coelum. In hac procuratione occupatis alijs, Agamemnon ipse nondum oblitus, quid esset Achilli minatus; accersitis ad se Talthybio, & Eurybate; qui praecones illius erant, ac fideles ministri: Ite (inquit) in Achillis tentorium, manúque prehensam Briseïdem ad me ducite: quam si tradere vobis noluerit, meis verbis illi dicite, me (quod illi futurum sit horribilius) cùm pluribus venturum, eámque vi erepturum. Ito hoc tam duro mandato, praecones proficiscuntur inuiti: cumque ad littus, ubi Myrmidonum erant tentoria, nauésque, venissent: Achillem offendunt apud tentorium, nauémque suam sedentem. Quos cùm Achilles uideret: neque hic eorum laetabatur aduentu, nec illi metu, reuerentiáque regis propius accedere, aut etiam hiscere audebant. Quod animaduertens ille: Saluete (inquit) praecones, Iouis, hominúmque nuncij; accedite propius. Neque enim habeo, quod vos accusem, sed Agamemnonem, à quo huc missi estis. Age verò generosè Patrocle, educ puellam, eámque his trade: quos ego ipsos coram dijs & hominibus, coramque immanissimo rege testor: si quando mea opera fuerit opus in defendendis Graecis. Profectò enim iste perditis consilijs praeceps fertur: et quia praesentia tantùm considerat, non etiam futura minimè cogitat, quemadmodum sibi Graeci ad naueis praelientur incolumes. Patroclus socij mandato obtemperans, eductam

è tentorio Briseidem, praeconibus tradidit: quos illa ad naueis suas reuertentes, inuita sequebatur. Achilles autem continuò cadentibus lachrymis sociorum conspectum fugiens, solus ad littus resedit: ibique in mare intuens, manusque tendens, multis uerbis precatus est matrem: Etsi (inquit) hoc me fato peperisti mater: ut mihi sit in ipso aetatis flore moriendum: tamen Iupiter antea aliquo me afficere honore debebat. Iam ne tantulum quidem me honorauit. Nam Agamemnon per summum dedecus, & ignominiam ereptum mihi praemium ipse habet. Sic plorantem cum audisset mater in profundo maris: ubi sedebat cum parente sene: protinus ceu nebula ex aquis emergit, & assidens filio, eumque demulcens: Quid ploras (inquit) fili? quis tantus moeror animum tuum inuasit? noli caelare, sed eloquere, ut sciamus ambo. Tum Achilles grauiter ingemiscens: Quid attinet (inquit) tibi haec omnia commemorare: cum ipsa optimè noris? Cum pulcherrimam Aetionis urbem Thebas expugnassemus: praedam omnem huc conueximus: Et cum caetera omnia sunt inter se ritè partiti Graeci: tum uerò Agamemnoni, ut eximium praemium, Chryseidem donauerunt puellam formosissimam. Hanc Chryses pater ut redimeret, cum coronis Apollinis, & aureo sceptro ad naueis Graecorum ueniebat, grande afferens precium: & cum omnes Graecos obsecrabat, tum inprimis Agamemnonem, & Menelaum duces. Ibi alij quidem Graeci omnes magna acclamatione & honorem sacerdoti haberi, & praecla-

rum pro redimienda filia precium accipi iubebant. Agamemnoni autem hoc sententia non probabatur: sed male eum dimittebat: additis etiam minis. Hac contumelia commotus sacerdos cum discessisset: precatus est à deo suo, ut eam ulciscaretur. Cuius precibus auditis, Apollo (erat enim illi valde charus) mortiferum telum in exercitum immisit: quo ubique grassante, Graeci catervatim morieabantur. Tandem cum peritus quidam vates causam huius calamitatis iram Apollinis esse dixisset, & ego primus iussissem placari deum: continuò ira incensus est Agamemnon: surgénsque mihi minatus est: quod nunc re ipsa præstitit. Remissa enim Chryseide demum cum hostijs Apollini immolandis: præcones ad me misit: qui donatam mihi à Graecis Briseidem abducerent: id quod est factum. Modò enim è tentorio meo abierunt. Quare tu si potes opitulare filio tuo; quod fiet, si in Olympum ascendens Ioui supplicaueris: ut si quid unquam illi es aut verbis, aut re gratificatus: nunc huic obsequatur voluntati. Sæpe enim te audiui in patris mei ædibus gloriari: quòd te solam diceres ex dijs immortalibus præsentem à Ioue perniciem depulisse: cum illum vincire vellent dij alij, Iuno, Neptunus, Minerua. Nam ubi te deam aduenisse: eúmque vinculis liberasse: illico in Olympum euocato centimano, quem dij Briareum, homines verò à vicinia ostentatione, quibus

patrem superauerit Ægeonem appellant. Eius præsentia, metuque per-
territos deos, consilio uinciendi Iouis destitisse. Hæc tu illi beneficia in
memoriam redige: & genua amplectens roga: ut Troianis adsit:
Græcos uero ab hoste trucidandos terra, marique intercludat: ut et cæ-
teri omnes propter Agamemnonem plectantur: et ipse Agamemnon
in hanc se calamitatem propterea incidisse intelligat: quod præstantis-
simum Græcorum sibi contemnendum putauerit. Hic Thetis lachrij-
mans: Hei mihi (inquit) quid te miserum misera peperi, atque edu-
caui mi fili? Utinam tibi liceat exiguum uitæ curriculum, quod
tibi dant fata, sine lachrijmis, & sine offensione conficere. Iam quia
& statim moriturus, & præter cæteros futurus eras calamitosus: malo
te fato genuj. Quod ad mandatum tuum attinet: id ego exe-
quar diligenter. Ipsa enim in olijmpum ascendam: tuasque ad Iouem
querelas deferam. Sed quoniam heri cum omnibus dijs ad conui-
uium Æthiopum est profectus: expectandus est nobis dum redeat:
id quod duodecim diebus fiet. Postea in olijmpum (ut dixi) ascen-
dam: eique supplicabo: speroque fore, ut nobis obsequatur. Interim
tu apud naueis commorare: ibique Græcis irascens à bellicis ne-
gotijs prorsus abstine. Hæc cum dixisset abijt, relicto filio irato:
atque amissionem formosæ mulieris: quam inuito eripuerant:
molestissime ferente.

Dum hæc ad naueis geruntur : interim Vlysses cum suis Chrysam peruenit. Ibi cum in portum ex alto inuecti essent : uela contrahunt, ac reponunt : malum illico rudentibus demissum reclinant : nauem subducunt : iaciunt anchoras ; puppem religant : egressi hostias in terram exponunt. Tandem egreditur & Chryses : quam quidem Vlysses ad aram Apollinis deductam, patri in manus tradidit, his eum uerbis compellans : Huc me mittit Agamemnon ô Chryse : ut et filiam ad te reducam : & Apollini centum hostias pro Græcis immolem : quibus ille placatus à malis, quibus iam dudum conflictantur, eos liberet. Quod cum dixisset, Chryses lætus recipit filiam : celeriterq; hostias iubet ad aram constitui. Quod cum fecissent : lotisque manibus molas salsas sustulissent : tum inter eos Chryses manus tendens, magna uoce precatus est, hoc modo : Apollo argenteo arcu insignis : qui Chrysam, qui Cillam defendis : Tenedoque fortiter imperas : audi meas preces. Antea uotis meis adductus, me honorasti, Græcos grauiter affligens. Nunc autem te obsecro : ut meæ pareas uoluntati : & hanc à Græcis perniciem depellas. Sic precantem audijt Apollo. At postquam sunt comprecati : molasque salsas antea iniecerunt : hostiarum colla resupinant : mactatis pelles detrahunt : excisas coxas adipe duplicato operiunt : eisque crudas carnium particulas undique resectas imponunt. Tandem senex adolet sa-

crificium: libans insuper uinum. Astant iuuenes uerua [redacted]
tenentes manibus. Combustis iam coxis, cum uiscera gustassent:
deinceps concisas reliquas carnes, uerubusque infixas torrent scien-
ter, ac perite. Tostis, & ab igne remotis omnibus: apparant conui-
uium; discumbunt; epulantur, summa seruata aequalitate.
Satiatis iam omnibus, aderant pueri: qui uino implerent cra-
teras, & libantes singulis distribuerent. At illi, ut deum placarent:
totum diem in laude Apollinis, canendoque Paeane consumpserunt:
quem ille cum audiret, capiebat animo non mediocrem uoluptatem.
Cum nox eos oppressisset: apud oras usque ad ortum auroræ dormi-
unt. Postea surgentes, erecto malo, uelisque passis, ad exercitum
uersus nauigant: & quoniam Apollo secundum eis uentum largie-
batur: citato cursu per undas eunte nauj, statim eo perueniunt.
Ibi nauem subducunt: eaque trabibus suffulta: ad sua se quisque ten-
toria, naueisque recipiunt. At Achilles neque consiliis princi-
pum, nec praelijs intererat: sed apud naueis desidens, dolore
tabescebat: bellantium clamorem audire gestiens. Duodecimo
die cum Iupiter dijs omnibus comitatus in olijmpum esset reuer-
sus: Thetis non oblita, quid esset sibi à filio mandatum, emergit
è mari: maneque in olijmpum ascendit. In cuius uertice cum
Iouem seorsim sedentem offendisset, assidet: laeuaq genua illius
attingens, dextra uero mentum prehendens, supplicibus eum uer-
bis affatur. Iupiter (inquit) pater, si quid unquam tibi sum
aut uerbis, aut re gratificatus: quaeso, ut quod à te petam, in eo

uo

uoluntati obsequaris meæ. Filium habeo inter cæteros mortales ~~uiu~~ uitæ brevissimæ; cui Agamemnon per summum dedecus præmium eripuit. Quare te obsecro, ut tu hanc ignominiam ulciscaris: efficiásque, ut Troiani tam diu sint Græcis superiores; quoad filium meum cumulatè honorent. Cùm nihil responderet Iupiter: sed diu tacitus sederet; non desistens Thetis, sed arctius tenens genua: Apertè (inquit) aut promitte, aut denega: quando nihil est, quod uerearis: ut reipsa experiar, me esse deorum omnium despicatissimam. Ex hac Thetidis oratione magna molestia affectus Iupiter: profectò (inquit) exitiosa res est; quòd me cum Iunone inimicitias coges suscipere; cùm me contumelijs irritauerit. At illa me antea non desinit inter deos immortales conuitijs lacessere; quòd dicat, me Troianis auxilium ferre. Quare abi quæso, ne te adesse sentiat: quæ petis, ego dabo operam ut efficiam. Quòd si non credis; age, ut tibi fidem faciam, annuam capite: quo signo inter deos nullum à me maius proficiscitur. Neque enim mutari, nec fallere, nec irritum fieri potest; quicquid ego capite annuero. Cùm hæc locutus, annuisset supercilijs: concussæ sunt eius comæ: totúmque cœlum contremuit. Tandem post longam deliberationem digrediuntur: ac Thetis quidem ex olijmpo in mare desilit: Iupiter uerò in domum suam reuertitur. Quo ueniente, nemo deorum in sua sede ma-

ne

nece animum indicit: sed cunctis suo patri assurgunt. Cum ille in solio consedisset: statim Iuno (videbat enim Thetidem cum marito consilia capere) molestis eum verbis adoritur: Quisnam (inquit) deorum tecum deliberavit ô fraudulente? Nunquam tua sponte, quae ageres, mecum unà communicasti: sed te semper iuvat clam me de gerendis rebus statuere. Cui Iupiter: Ne speres (inquit) fieri posse Iuno: ut omnia cõsilia, omnesque sermones meos, rescisceas. Erit enim tibi difficile, quãvis sis uxor, horum omnia cognoscere. Sed quae te aequum est et me audire: ea nec deorum, nec hominum quisquam prius sciet, quàm tu. Verum si qua fuerint occulta, de quibus alios deos celatos esse velim: ea tu ne singula percontaveris, neque exquiras. Hic Iuno: Quid (inquit) ais (Iupiter)? Ego verò hactenus in inquirendis consiliis tuis non admodum fui curiosa: sed per me tibi de rebus consultare licuit arbitratu tuo. Unum autem maxopere vereor: ne Thetis, quam mane tibi adsse, dixisse, tuáque genua attigisse scio: tibi persuaserit: ut filium Achillem multorum Graecorum interitu honores. Tum Iupiter: Pessima (inquit) etsi propter perpetuas suspiciones tuas nunquam te quicquam fallere: nihil tamen efficies, nisi quòd magis alienabis à te voluntatem meam. Quod si hoc ita est, ut tu suspicaris, quid tum? mihi sic libebit. Quamobrem quiesce, ac tace: ne si tibi manus intulero, omnes te, quicunque in coelo sunt dij, non queant tueri. Hac oratione perterrita Iuno

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0022

compressa ferocitate, cum silentio resedit, molestè ferentibus dijs alijs. Inter quos Vulcanus ut matri gratificaretur, sic exorsus est dicere: profectò (inquit) exitiosa res erit, & nullo modo ferenda: si uos de hominibus litigantes, inter deos tumultum excitetis: & quia semper uincunt peiora, ~~cuius~~ lauti nos conuiuij fructu priuetis. Itaque matrem, quamuis ipsa per se sapiat: tamen moneo, & hortor: ut patri se dedat: ne is renouata lite, cum longè uiribus excellat, omnes è sedibus exturbet. Sed tu mater blandis eum uerbis mitiga: quod si feceris, statim nobis propitius erit Iupiter. Hæc cum dixisset, surgit: datoque matri poculo: Fer (inquit) dolorem istum æquo animo mea mater: ne te, quæ mihi es charissima, in conspectu meo uideam uapulare: nihilque tibi possim opitulari. Quàm enim sit difficile Ioui repugnare, cum magno meo malo didici. Nam cum tibi aliquando cuperem subuenire: ille me pede arreptum è cœlo præcipitauit: ubi cum per totum diem ferrer, tandem cum solis occasu in Lemno decidi. Ibi incolæ me statim propè exanimatum ex tam graui casu recreauerunt. Quæ cum dixisset Vulcanus; subridens Iuno, poculum à filio accipit. Ille deinceps alijs dijs è cratere haustum nectar infundit: in cuius muneris functione cum ultro, citroque commearet claudicans: ingens risus excitabatur. Atque hoc quidem conuiuium usque ad solis occasum productum est: summa seruata æqualitate: fidibus

Cassiodorus
phil. 154.3.

canente Apolline: musis suauissima uoce inuicem modulantibus. Post solis occasum dormitantes abeunt; ubi Vulcanus suam cuique domum singulari artificio ædificauerat. Iupiter uerò ascendens in lecto consueto cubat: & propter illum regina Iuno.

Iliados liber secundus.

Cùm cæteri dij, hominésque totam noctem dormiendo consumerent, solus Iupiter somnum capere non poterat: sed mente agitabat, quomodo Achillem multorum Græcorum interitu honoraret. Tandem optimum illi consilium uisum est mittendi ad Agamemnonem somnij. Itaque accersito eo: Abi (inquit) somnium ad naueis Græcorum, ingrediénsque in Agamemnonis tentorium, omnia illi mandata mea expone diligenter. Iube illum uniuersas copias armare: nunc enim fore, ut Troiam capiat, quandoquidem dij omnes, Iunonis precibus adducti, de urbis occasu consentiant. Hac audita oratione: somnium ad naueis Græcorum properat: Ubi cùm Agamemnonem in tentorio dormientem offendisset: supra caput illius assistens, induta Nestoris specie: quem maxime ex reliquis principibus colebat & obseruabat Agamemnon: Dormis (inquit) Agamemnon: atqui non conuenit principem: cuius fidei populorum salus, & tot, tantarúmque rerum commissa est procuratio: integram dormire no-

ctem. Nuncium tibi affero à Ioue: qui te absens magna cura, miseri-
cordiáque prosequitur: eum tu celeriter fac audias. Iubet te uniuer-
sas Græcorum copias armare: nunc enim fore, ut Troiam capias,
quandoquidem dij omnes Iunonis precibus adducti, de urbis occa-
su consentiant. Sed tu, quæ dixi, memoriæ manda: ne cùm exper-
rectus fueris, tibi excidant. Hæc cùm dixisset, abijt. Agamemnon
autem experrectus, dei uocem memoria tenebat: eáque agita-
bat animo, quæ minimè erant futura. Sic enim persuasum
habebat, fore, ut illo die Troiam caperet: ignarus consiliorum Io-
uis: qui luctuosis adhuc prælijs & Troianos, & Græcos affligere decre-
uerat. Itaque surgens, tunicam, et pallium, & calceos induit:
ensem argenteis clauis insignem de humeris suspendit: & accepto
paterno sceptro, quod nulla unquam uetustas poterat corrum-
pere: ad naueis ire contendit. Orta iam erat diei nuncia aurora:
cùm Agamemnon præcones iubet aduocare concionem. Quod illi cùm
facerent, & populi ocijus confluerent: primùm apud Nestoris nauem
conuentum edicit seniorum: in eorúmque consessu ut consilium su-
um exponeret: Somnium (inquit) audite proceres, quod hac no-
cte ad me missum est diuinitus. Visus est mihi quidam supra ca-
put assistere, uultu, statura, totiusque corporis habitudine similimus
Nestorj: qui me compellans: Dormis (inquit Agamemnon) Atqui non
conuenit principem, cuius fidei populorum salus, & tot, tantarúmque
rerum commissa est procuratio, integram dormire noctem. Nun-
cium tibi affero à Ioue: qui te absens magna cura, misericordiáque

pro

prosequitur: eum tu celeriter fac audias. Iubet te universas Graecorum copias armare: nunc enim fore, ut Troiam capias: quandoquidem dij omnes Iunonis precibus adducti, de urbis occasu consentiant. Sed tu, quae dixi, memoriae manda. Haec cum dixisset, ille euanuit. Ego uero experrectus sum. Quare agite, ineamus rationem, quemadmodum Graecos ad capienda arma excitemus. Id autem mea sententia commodissime fiet: primum, si ego (ut par est) tentandi causa iubeam ~~omnes~~ eos in patriam renauigare: deinde, si uos eos pro se quisque alij alios à consilio fugiendi reuocetis. Cum haec locutus resedisset: tum inter eos Nestor exurgit: qui cum esset prudens, hoc modo uerba fecit. Si quis alius uiri amicissimi hoc ad nos somnium retulisset, meritò illud, ut uanum, ac futile repudiaremus. Nunc cum uiderit summus Graecorum Imperator: Omnino pro uero habendum esse arbitror. Quare agite ineamus rationem, quemadmodum Graecos ad capienda arma excitemus. Cum haec dixisset, primus exit de concilio: quem postea surgentes alij reges sequuntur. Populi autem caterua-tim à nauibus, ac tentorijs ad concilium conuolant, non secus atque apes, cum uerno tempore ex caua petra semper aliae prodeunt: denso uolant agmine: suaque multitudine flores undique circumfundunt; uehementer eos incitante, ut maturarent, Iouis nuncia Fama. Postquam conuenerunt, magnus erat fremitus: magnus tumultus: magna de loco pugna: ita ut terra ipsa resonaret. Erant autem praecones nouem constituti, qui multitudinem coërcerent: & sedato clamore, audienti

am regibus facerent. Quorum uoce cum uix tandem compressus populus, occupato, quem quisque poterat, loco, resedisset: tum inter eos surgit Agamemnon, sceptrum tenens: quod Vulcanus à se fabrefactum Ioui dederat: Iupiter Mercurio: Mercurius ~~plej~~ pelopi: Pelops Atreo: Atreus moriens Thyesti reliquerat: Thyestes Agamemnoni: ut gestamen esset multis insulis, totique Argo ~~tx~~ imperantis. Quo ille nixus: Iupiter (inquit) exitioso me negotio implicauit amicissimi heroës, uirique bellicosissimi: qui cum mihi antea promiserit non esse me discessurum, nisi prius expugnato Ilio, nunc mutato consilio, ut nos ab eo deceptos esse facilè intelligamus, iubet me amissa magna parte copiarum, réque infecta, cum ignominia, & dedecore in patriam reuerti. Verum quid facias? Sic fortassis placet rerum omnium præpotenti Ioui, qui multas præclaras urbes et euertit, & adhuc euersurus est, cùm uolet. Enimuero turpe erit apud posteros: si audierint tales, tantásque Græcorum copias non potuisse bellum conficere, præsertim in hac Troianorum paucitate, si nobiscum conferantur. Etenim si facto inter nos foedere sic numeremur ambo, ut ciues Troiani singuli denis Græcis pocula ministrent: multæ Græcorum decuriæ pocillatorem desiderent. Adeò militum numero uincimus Troianos: eos duntaxat, qui urbem incolunt. Sed sociorum multitudo omnem expugnandæ Troiæ spem ~~x~~ mihi eripit. Ad hæc nouem annis, quibus iam obsidemus urbem: nauium materia putrefacta, funésque corrupti sunt. Ipsæ quoque uxores, paruique liberi reditum nostrum auidè expectant, nec quando redituri simus, scire

possumus: nondum confecto bello, cuius causa huc uenimus.
Quare agedum sententiam meam sequamur omnes: & quoniam nulla capiendae Troiae spes nobis relinquitur, conscendamus quàm primùm, atque in patriam reuertamur. Hac oratione commoti sunt animi eorum omnium: qui consilium Agamemnonis non audierant: haud aliter, atque flatus maris, Vulturno, Austroque inruentibus cieri: aut densae segetes uehementi Fauonio agitari solent. Itaque his cum tumultu ad naues properantibus, cum puluis nominum pedibus excitatus in coelum ferebatur: tum clamor exultantium: se, sequeque mutuò adhortantium: ut expurgatis fossis naualibus, sublatisque scalis, quibus suffultae erant, naues deducerent: tanta eis repetendae patriae cupiditas inciderat. Ibi Graeci infinitis fatis in patriam essent reuersi, nisi Iuno impedisset. Haec enim, accersita ad se Minerua; Prô dij immortales (inquit) Siccine Graeci in patriam aufugient, relicta Helena: cuius recuperandae causa multi eorum ad Troiam mortem occubuerunt, ut habeant Troiani de qua glorientur? Sed abi quaeso in exercitum Graecorum, tuaque sermonis comitate singulis persuade: ut manere malint, quàm redire in patriam. Cui obtemperans Minerua, è coelo delabitur: cumque ad naues Graecorum celeriter uenisset: Vlyssem offendit non attingentem nauem suam, sed stantem, aliorumque fugam iniquo ferentem animo. Ad hunc illa assistens: Siccine (inquit) solertissime Vlysse in patriam aufugietis, relicta Helena, cuius recuperandae cau-

sa

sa multi Graecorum ad Troiam mortem occubuerunt: ut ha-
beant Troiani, de qua glorientur? Sed tu ne cede: sed illico in exer-
citum Graecorum abi: tuaque sermonis comitate singulis persua-
de: ut manere malint, quàm in patriam reuerti. Vlysses
agnita deae uoce, omni festinatione properat, abiecta etiam laena,
quam postea Eurybates Ithacensis portat, Vlyssis praeco, & pedisequus.
Ipse uerò Agamemnon occurrens sumpto illius sceptro: naues pe-
tere contendit: & quemcunque regem, aut principem offenderet,
eum comi oratione à fuga retrahens: Non te decet (inquit)
ut gregarium aliquem, atque ignauum militem sic esse timi-
dum. Itaque & quiesce ~~ita~~ ipse: & alios ad quiescendum cohortare.
Nam quae in concilio dixit Agamemnon: ea exaudire omnes non
potuimus: eò fit, ut tu, qua mente sit, nondum certè scias. Ille
uerò nunc tentat Graecorum animos: mox puniturus eos, qui non
paruerint. Quare ne committamus, ut ille iratus detrimentum
aliquod afferat exercitui. Ingens est regis furor, qui hanc, quam
habet, à Ioue, cui charus est: consecutus est dignitatem. De uulgo
autem, si quem uociferantem deprehenderet: eum sceptro percussum
increpans: Quiesce (inquit) sceleste: eosque audi: qui te uir-
tute, dignitateque superant. Tu uerò quo numero es, siue bellum
spectes, siue consilia? Certè fieri non potest, ut hic regnemus
omnes: neque probandus est multorum principatus, sed unus do-
minetur, unus regnet: cui idipsum largitus est Iupiter. Sic
ab Vlysse represso exercitu, ad concionem redeunt Graeci, tali
cum fremitu, qualis ingrauescentibus fluctibus, littoris, & ma-
ris solet esse. Atque alijs quietè suas sedes occupantibus: solus

Ther

Thersites tumultuabatur. Qui cum esset loquacissimus, & ineptissi-
mus: cum regibus litigabat, non aliam ob causam: nisi quod ri-
sus captabat: homo omnium, qui ad Ilium venerant, turpissimus:
oculis distortis, altero pede claudus, gibbo deformatis humeris, &
ad pectus usque contractis, capite acuminato, raro capillo.
Inimicissimus autem erat Achilli, & Ulyssi; quos quidem ut antea ma-
ledictis lacessere consueverat, ita tunc Agamemnoni quoque
magna cum vociferatione convitia faciebat. Nam cum Grae-
cis maximè esset invisus: Quid quereris (inquit) Agamemnon?
quid desideras? cum et referta aeris habeas tabernacula: & mul-
tas foeminas possideas, quibus te, expugnatis urbibus, extra sortem
ut principem donavimus. An adhuc requiris aurum: quod
Troianorum quispiam pro redimendo filio, quem ego, aut alius
Graecorum ceperit, ex Ilio afferat? Aut puellam, quam alterj
eripias, ut cum ea concumbas? Atqui non decet te, cum sis prin-
ceps, Graecos perdere, atque affligere. O molles, & effoeminati,
& omni vituperatione digni: quid moramur? quin conscendimus,
domumque revertimur, relicto isto ad Troiam: ut praemia de-
vorata concoquat: réque ipsa intelligat, utrum nostro illi auxi-
lio sit opus, an non. Qui paucis diebus Achillem virum multò
se praestantiorem, ignominia affecit: erepto illi praemio, quo donatus
erat virtutis ergò. Enimvero non admodum iracundus est Achilles,
sed lenis, atque iacturae illius negligens: alioqui Agamemnon hac
ultima nos laesisses iniuria. His maledictis cum lacesseret Aga-
memnonem: statim astans Ulysses, gravique eum oratione in-
crepans: Etsi (inquit) orator es Thersita, non indisertus: tamen

quia

quia ineptus es, desine cum regibus litigare: praesertim cum nullo
id exemplo facias. Nam quia pessimus ~~est~~ es omnium, qui Atridas
ad Ilium secuti sunt: non te dignum iudico, qui regum nomen usurpes:
nedum illis impuro ore conuitia facias. Hortaris Graecos, ut in
patriam redeant: cum nondum exploratum nobis sit, an bene, &
è republica facturi simus, si reuertamur. Quòd Agamemnoni
maledicis, in eo inuidiam declaras tuam: quia doles multa illum
possidere, à principibus Graecorum sibi donata. Sed te praemoneo;
ut bacchari, & furere desistas. Quod nisi feceris, per caput, &
filium meum Telemachum iuro, fore: ut te prehendam, & uestibus
omnibus, non modò laena & tunica: sed ijs etiam, quibus uerenda
occultantur, denudatus, uirgisque turpiter caesum, è concione ad naues cum
fletu redire cogam. Haec cum dixisset: sceptro dorsum, humerosq;
eius ita percussit; ut liuorem contraherent: ipse uerò prae do-
lore incurvatus, uim lachrijmarum profunderet: eásque cum
resedisset metu perterritus, ac tristis, abstergeret. Quod inspe-
ctantes alij: etsi procrastinatione reditus angebātur: tamen sua-
uiter hominem ~~suauiter~~ riserunt. Quin etiam erat: qui ad astan-
tem conuersus diceret: prò dij immortales, quantum boni attu-
lit Vlijsses? Primus in consilijs: in cohortando ad perseuerantiam
belli constantissimus. Veruntamen hoc eius factum longè ante-
ferendum esse existimo: quòd maledicij istius conuiciatoris pe-
tulantiam coërcuit. Neque enim post hac puto fore tam insolentem: ut reges
maledictis lacessere animum inducant. Atque haec qdem uulgus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0033

DE DIALECTIS.

Dialectus est proprietas, aut species linguæ.

Dialecti Græcorum sunt quinque, Dorica, Æolica, Ionica, Attica, et communis. Harum cognitio quia est in primis ad lectionem poëtarum necessaria, iccirco earum varietates, per singulas declinationes, et conjugationes breviter indicabimus.

De prima declinatione.

Sing. N. ὁ ἀνεμίας, Ionicè ἀνεμίης (solent enim Ioues α in η mutare) ὁ χοῦβης, Doricè χοῦβας (solent enim Dores η in α productam mutare). G. τοῦ ἀνεμίης, τοῦ χοῦβης, Doricè ἀνεμία, χοῦβα, Æolicè ἀνεμίαο, χοῦβαο, Ionicè ἀνεμίεω, χοῦβεω. D. τῷ ἀνεμίῃ, Ionicè ἀνεμίῃ. τῷ χοῦβῃ, Doricè χοῦβᾳ. A. τὸν ἀνεμίαν, Ionicè ἀνεμίην. τὸν χοῦβην, Doricè χοῦβαν, Ionicè χοῦβεα. V. ὦ ἀνεμία ὦ χοῦβη, Atticè ὦ ἀνεμίας, ὦ χοῦβης. Solent enim Attici nominativo pro vocativo uti, contrà quàm Macedones, ac Thessali, qui vocativum pro nominativo usurpant. Homerus μητίετα Ζεύς, pro μητίετης. Dualia minus variant. plural. N. οἱ ἀνεμίαι, οἱ χοῦβαι. G. τῶν ἀνεμιῶν, τῶν χοῦβῶν, Doricè ἀνεμιᾶν χοῦβᾶν, Æolicè ἀνεμιάων, χοῦβάων, Ionicè ἀνεμιέων, χοῦβέων.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0035

D. τοῖς ἀινείαις, τοῖς χρύσαις, Doricè, Ionicè, & Atticè ἀινείαισι, χρύσαισι, Ionicè ἀινείῃς, χρύσῃς, & ἀινείῃσι, χρύσῃσι. A. τὰς ἀινείας, τὰς χρύσας. V. ὦ ἀινεῖαι, ὦ χρῦσαι.

De secunda declinatione.

In numero singulari a Ionicè mutatur in η, & η Doricè in α productam, ut, μοῦσα, μούση, μοῦσαν, μούσην. φιλίη φιλίης, φιλίῃ, φιλίην. μαχαίρη, μαχαίρης, μαχαίρῃ, μαχαίρην. Item τιμά τιμᾶς τιμᾷ τιμάν. Dualia nihil variant. plural. N. αἱ μοῦσαι. G. τῶν μουσῶν, Doricè μουσᾶν, Æolicè μουσάων, Ionicè μουσέων. D. ταῖς μούσαις, Doricè, Ionicè, & Atticè μούσαισι, Ionicè μούσῃς, & μούσῃσι. A. τὰς μούσας. V. ὦ μοῦσαι.

De tertia declinatione.

Sing. N. ὁ λόγος. G. τοῦ λόγου, Ionicè, et Atticè λόγοιο. D. τῷ λόγῳ. A. τὸν λόγον. V. ὦ λόγε, Atticè ὦ λόγος. Dual. N. et A. τὼ λόγω. G. et D. τοῖν λόγοιν, Ionicè λόγοιϊν. plural. N. οἱ λόγοι. G τῶν λόγων. D. τοῖς λόγοις, Doricè, Ionicè, et Atticè λόγοισι. A. τοὺς λόγους, Doricè λόγως, & λόγος. V. ὦ λόγοι.

Quarta declinatio propria est Atticorum, ut diximus.
τοῦ λογῶ. B. 199.

De quinta declinatione.

I°

Poëtæ in accusatiuo singulari pro ν utuntur a terminatione. Homerus ἐυρέα πόντον, pro ἐυρὺν.

II°

Attici nonnunquam in accusatiuo singulari utuntur Apocope, ut, ἀπόλλωνα ἀπόλλω, ποσειδῶνα ποσειδῶ, ἱδρῶτα ἱδρῶ, & similibus.

III°

Iones in genitiuo, ac datiuo dualibus utuntur paragoge, perinde ut in tertia, ut ποδοῖν ποδοῖϊν.

IIII°

Iones datiuum pluralem à nominatiuo plurali faciunt, adiecta σι, ut, πάντες πάντεσι, κύνες κύνεσι, ἄνδρες ἄνδρεσι. In neutris α in εσι mutant, ut, ἔπεα ἐπέεσι.

DE DIALECTIS PRONOMINVM.

Sing. N. ἐγώ, Attici ἐγωγε: Doricè ἐγών, & ἐγώνη. G. ἐμοῦ, Ionicè ἐμέο, et ἐμεῖο, Doricè, & Æolicè ἐμεῦ: Atticè ἐμέοθεν & ἐμέθεν. D. ἐμοί, Attici ἐμοιγε: Doricè ἐμίν. A. ἐμέ. Dual. N. et A. νώ, Ionicè νῶϊ, Doricè, et Æolicè ἄμμε. G. et D. νῷν, Ionicè νῶϊν. plural. N. ἡμεῖς, Ionicè ἡμέες: Doricè ἅμες, Æolicè ἄμμες. G. ἡμῶν, Ionicè ἡμέων, & ἡμείων, Doricè ἁμῶν, Æolicè ἀμμέων. D. ἡμῖν, Doricè ἁμίν, Æolicè ἄμμιν, & ἄμμι: Atticè ἧμιν, poëticè

ἡμίν. A. ἡμᾶς, Ionicè ἡμέας, Doricè ἁμᾶς, Æolicè ἄμμας.

Singul. N. σύ, Doricè τύ, & τύνη. G. σοῦ, Ionicè σέο, & σεῖο: Doricè, & Æolicè σεῦ, & τεῦ: Atticè σέοθεν, & σέθεν. D. σοί, Doricè τοί: poëticè τίν, & τεΐν. A. σέ, Doricè τέ, & τύ.

Dual. N. et A. σφῶ, Ionicè σφῶϊ: Æolicè, & Doricè ὔμμε. G. et D. σφῶν, Ionicè σφῶϊν. plural. N. ὑμεῖς, Ionicè ὑμέες, Doricè ὕμες, Æolicè ὔμμες. G. ὑμῶν, Ionicè ὑμέων, & ὑμείων: Æolicè ὑμμέων. D. ὑμῖν, Doricè ὑμίν: Æolicè ὔμμιν, & ὔμμι. A. ὑμᾶς, Ionicè ὑμέας, Æolicè ὔμμας.

Singul. N. ὅς. G. οὗ, Ionicè ἕο, & εἷο: Doricè, & Æolicè εὗ: Atticè ἕοθεν, & ἕθεν. D. οἱ, poëticè ἕοι. A. ἕ, poëticè ἑέ, Doricè, & Ionicè μίν, & νίν. Dual. A. σφέ, Ionicè σφωέ, G. et D. σφίν, Ionicè σφωΐν. plural. N. σφεῖς, Ionicè σφέες, Doricè σφές. G. σφῶν, Ionicè σφέων, & σφείων. D. σφίσι, Ionicè σφίν, & σφί. A. σφᾶς, Ionicè σφέας, Doricè ψέ.

Σός, Doricè τεός. ἡμετέρος, ἡμέτερος, σφέτερος, Doricè ἁμός, ὑμός, σφός. Οὗτος, τοῦτον, τοῦτο, Atticè οὗτοσί, τουτονί, τουτί. Ἐκεῖνος, Ionicè, & Æolicè κεῖνος: Doricè τεῖνος. Αὐτός, Ionicè ὠυτὸς: Est enim ωυ diphthongus Ionum propria, θαυμάζω, θωυμάζω.

DE DIALECTIS VERBORVM.

Modo in. temp. præsenti τύπτω τύπτεις, Doricè τύπτες,

Æolicè τύπτης. τύπτει, Doricè τύπτε, Æolicè τύπτη. Dualia nihil uariant. pluraliter τύπτομεν, Doricè τύπτομες, (solent enim Dores μεν terminationem in μες mutare) τύπτετε τύπτουσι, Doricè τύπτονται. Præterito imperfecto ἔτυπτον ες ε, poëticè τύπτεσκον ες ε. Futuro τύψω εις ει, Doricè τυψῶ εῖς εῖ. Dual. τυψεῖτον εῖτον. plural. τυψοῦμες τυψεῖτε τυψοῦνται, ultima circumflexa.

Attici in tertia coniugatione à uerbis in ιζω hyperdissyllabis proprium futurum faciunt, extrita σ, & ultima circumflexa, ut, βαδίζω βαδίσω εις ει, Atticè βαδιῶ εῖς εῖ: ex quo medium βαδιοῦμαι εῖ εῖται. φροντίζω φροντίσω, Atticè φροντιῶ. ἐλπίζω ἐλπίσω, Atticè ἐλπιῶ. Idem Attici τυπτήσω dicunt, pro τύψω quasi à τυπτέω.

Dores, & Æoles in quarta coniugatione proprium futurum faciunt, interposita σ, & penultima acuta, ut ὄρω ὀρῶ, κυρω κυρῶ, Doricè, & Æolicè ὄρσω, κυρσω: Unde facta sunt indefinita, ὦρσα, & ἔκυρσα apud poëtam. Indefinito primo ἔτυψα ας ε, poëticè τύψασκον ες ε.

Præteritum adiacens nihil uariat, nisi quod Dores τετυφαμες, & τετυφανται, pro τετυφαμεν, & τετυφασι dicunt.

Præterito plusquamperfecto ἐτετύφειν, Ionicè ἐτετύφεα: Æolicè, & Atticè ἐτετύφη. ἐτετύφεις, Ionicè ἐτετύφεες: Æolicè

Λ ἐτετύφει Ionicè ἐτετύφεε, Æolicè, & Atticè ἐτετύφη.

& Atticè ἐτετύφη. Λ Dualia nihil variant. Plural. ἐτετύφημεν: Doricè ἐτετύφειμες, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν, Doricè & Atticè ἐτετύφεσαν. Indefinito secundo ἔτυπον ες ε, poëticè τύπεσκον ες ε. Futuro secundo τυπῶ ~~[illegible]~~. ~~[illegible]~~. plural. τυπεῖμεν, Doricè τυπεῖμες. ~~[illegible]~~ τυπεῖσι, Doricè τυπεῖντι. Λ Ionicè τυπέω: solent enim Iones ω circumflexam in εω resolvere.

Imperativus nihil variat, nisi quòd Attici τυπτόντων, τυπόντων, & τυψάντων, pro τυπτέτωσαν, τυπέτωσαν, & τυψάτωσαν dicunt. Idem Attici ἰδέ, & λαβέ, pro ἴδε, & λάβε dicunt ὀξυτόνως, quibus similia sunt εἰπέ, ἐλθέ, & εὑρέ.

Optativus nihil variat, nisi quòd indefinitum primum Æolicè per εια coniugatur, hoc modo: τύψεια ας ε. Dual. τυψείατον άτην. plural. τυψείαμεν ατε τύψειαν. Sciendum tamen, quòd prima persona soli Æoles utuntur, Attici verò secunda, & tertia.

Modo subiunctivo ἐὰν τύπω, τύπῃς, Æolicè τύπῃσθα. τύπῃ, Ionicè τύπῃσι. Cætera nihil variant.

Modo infinitivo tempore præsenti, & præterito impr. τύπτειν, Doricè τύπτεν: Æolicè τύπτην: Ionicè τυπτέμεναι, & τυπτέμεν.

Futuro primo τύψειν, Doricè τυψεῖν. Pto adia: & plusq. τετυφέναι, Ionicè τετυφέμεναι, & τετυφέμεν.

Indefinito secundo τυπεῖν, dorice τυπέν, Ionice τυπέμεναι, & τυπέμεν. Futuro secundo τυπεῖν, Ionice τυπέειν. Participia ὁ τύπτων. ἡ τύπτουσα, dorice τύπτοισα. Indef. pri. ὁ τύψας. ἡ τύψασα, dorice τύψαισα.

DE MEDYS, ET PASSIVIS.

I°

Iones secundas personas singulares à tertijs faciunt, extrita τ litera, ut, ἀ τυπτεται τύπτεαι, ἀ τυπτηται τύπτηαι, ab ἐτύπτετο ἐτύπετο, ab ἐτύπετο ἐτύπεο, ab ἐτύψατο ἐτύψαο: unde contracta sunt τύπτῃ ἐτύπτου, ἐτύπου, & ἐτύψω.

II°

Attici in secundis personis singularibus modi indicatiui aliquando ῃ in ει mutant, ut, βούλομαι βούλει, οἶμαι οἴει: ὄψομαι ὄψει, πεύσομαι πεύσει.

III°

Dores in secundis personis singularibus ου in εο mutant, ut ἐτύπτου ἐτύπτεο, ἐτύπου ἐτύπεο, τύπτου τύπτεο.

IIII°

Poëtae in primis personis dualibus, ac pluralibus ante θον, & θα σ assumunt, ut, τυπτόμεθον τυπτόμεσθον, τυπτόμεθα τυπτόμεσθα. plerique dialecto Ionicae tribuunt hanc epenthesin.

V°

Iones ου modi Imperatiui in εο mutant, ut τύπτου τύπτεο.

VI°

Attici tertias personas plurales modi imperatiui per Syncopen proferunt, ut, τυπτέσθωσαν τυπτέσθων, τυψάσθωσαν τυψάσθων.

VII°

Ioms ~~Poëtae~~ tertias personas plurales modi optatiui in οιντο, & αιντο exeuntes, per οιατο, & αιατο proferunt, ut, τύπτοιντο τυπτοί-ατο, τύψαιντο τυψαίατο.

DE PASSIVIS TANTVM.

Iones tertias personas plurales praeteriti adiacentis et plus quamperfecti passiui à singularibus faciunt hoc modo.

I°

In uerbis primae, & secundae coniugationis consonantes tenues quae sunt ante ται, & το in suas aspiratas mutant, & interponunt α, ut τύπτω τέτυπται τε-τύφαται, ἐτέτυπτω, ἐτετύφατο. πλέκω πέπλεκται πεπλέχαται, ἐπέπλεκτο, ἐπεπλέχατο.

II°

In ijs uerbis, quae in ται, & το puram desinunt, corripiunt penultimam, & interponunt α, ut, ποιέω πεποίηται πεποιέαται. ἐπεποίητο, ἐπεποιέατο. δηλόω δεδήλωται δεδηλόαται, ἐδεδήλωτο ἐδεδηλόατο. Item ἐρύω εἴρυται εἰρύαται. κλίνω κέκλιται κε-κλίαται. Poetae aliquando seruant longam uersus causa, ut, δαίω δέδαιται δεδαίαται. βολέω βεβό-ληται βεβολήαται.

III°

In uerbis ~~primae~~ tertiae coniugationis, quae in ται, & το non puram desinunt, elidunt σ, & interponunt δα syllabam, ut ἐρείδω ἤρεισαι ἠρείδαται: χωρίζω κεχώρισαι κεχωρίδαται, ἐκεχώριστο ἐκεχωρίδατο. σκεύαζω ἐσκεύασαι ἐσκευάδαται ἐσκεύαστο ἐσκευάδατο. Item ῥαίνω ἔῤῥαν ται, Attice ἔῤῥασαι ἐῤῥάδαται.

et repetitis primis literis ἐρηρέδαται

1111°

In uerbis quartae coniugationis inter duas consonantes α & δα interponunt, ut, σπείρω ἔσπαρται ἐσπεράδαται, ἔσπαρτο ἐσπεράδατο: στέλλω ἔσταλται ἐστελάδαται ἔσταλτο ἐστελάδατο, mutata etiam α in ε, apud Herodotum.

Indefinita passiua sic uariantur.

10

Poëtae tertias personas plurales modi indicatiui a primis singularibus faciunt correpta ~~pe~~ ultima, ut ἔτυφθεν pro ἐτύφθησαν ab ἐτύφθην, ἔτυπεν pro ἐτύπησαν ab ἐτύπειν. Plerique dialecto Boeoticae tribuunt hanc formam.

11°

Iidem poëtae in quarta coniugatione pro ἐκρίθην, & ἐκλίθην, ἐκρίνθην & ἐκλίνθην dicunt, seruata ν litera.

111°

Modo infinitiuo τυφθῆναι τυπῆναι, Ionice τυφθήμεναι τυπήμεναι.

DE QVINTA CONIVGATIONE.

1°

Modo indicatiuo, poëtae tertias personas plurales praeteriti imperfecti, & indefiniti secundi à primis singularibus faciunt, correpta ultima, ut ἵσαν pro ἵσασαν ab ἵστην, [redacted] ἔσαν pro ἔστησαν ab ἔστην: ἵεν pro ἵεσαν ab ἵην. plerique dialecto Beotiae tribuunt hanc [redacted] formam.

II°.

Modo imperatiuo tempore praesenti, Attici pro ἵσαθι, & πίμπλαθι, ἵστη, [redacted] & πίστηλη dicunt, à tertia persona praeteriti imperfecti indicatiui. Idem Attici pro [redacted] ἵσαθι ἵστα, et pro στῆθι, et βῆθι etiam στᾶ, & βᾶ dicunt in compositis. Actorum 12: Ἀνάστα ἐν τάχει, pro ἀνάστηθι. Aristophanes: κατάβα κακοῦρκε, pro κατάβηθι.

III°

Modo optatiuo primae, & tertiae personae plurales per syncopen Atticam proferuntur, hoc modo: ἱσταίημεν ἱσταῖμεν, ἱσταίησαν ἱσταῖεν: σταίημεν σταῖμεν, σταίησαν σταῖεν. τιθείημεν τιθεῖμεν, τιθείησαν τιθεῖεν: θείημεν θεῖμεν, θείησαν θεῖεν. διδοίημεν διδοῖμεν, διδοίησαν διδοῖεν: δοίημεν δοῖμεν, δοίησαν δοῖεν

IIII°

Modo subiunctiuo, poëtae indefinita monosyllaba extendunt, hoc modo: στῶ στήω, θῶ θείω, ὦ εἴω, δῶ δώω, eaque ut βαρύτονα coniugant δώω δώῃς δώῃ δώωσι.

V.

Modo infinitiuo tempore præsenti, & præterito imperfecto ἱστάναι τιθέναι διδόναι ζευγνύναι, Ionice ἱστάμεναι, & ἱστάμεν: τιθέμεναι, & τιθέμεν: διδόμεναι, & διδόμεν: ζευγνύμεναι & ζευγνύμεν. Indefinito secundo στῆναι, θεῖναι, δοῦναι, Ionice στήμεναι: θέμεναι, & θέμεν: δόμεναι, & δόμεν.

DE MEDYS ET PASSIVIS.

I°

Modo indicatiuo, tempore præsenti, Attici secundas personas singulares eorum uerborum, quæ α, & ε ante μαι habent, per Synæresin proferunt, ut, ἵσταμαι ἵστασαι ἵστῃ, ἐπίσταμαι ἐπίστασαι ἐπίστῃ, δύναμαι δύνασαι δύνῃ, τίθεμαι τίθεσαι τίθῃ, ἵεμαι ἵεσαι ἵῃ. Adduntur κάθημαι κάθησαι κάθῃ. & μέμνημαι μέμνησαι μέμνῃ. Primum enim eliditur σ, & uocales α, & η mutantur in ε: deinde ε, & αι in η contrahuntur ἀτλικῶς.

II°.

Iones secundas personas singulares præteriti imperfecti, & indefiniti secundi, eliso σ proferunt, ut, ἵστασο ἵσταο, ἐτίθεσο ἐτίθεο, ἔθεσο ἔθεο, unde contracta sunt ἵστω ἐτίθεσ ἔθεσ. Idem fit in modo imperatiuo, ut, ἵστασο ἵσταο ἵστω, τίθεσο τίθεο τίθεσ, θέσο θεό θεῦ.

III°.

Iones in verbis ἕμαι, & κεῖμαι tertias personas plurales præsentis, & præteriti imperfecti, à singularibus faciunt correpta penultima, & interposito α, ut, ἧται ἕαται, ἧτο ἕατο: κεῖται κέαται, ἔκειτο κέατο, pro κάθηνται, ἐκάθηντο: κεῖνται, ἔκειντο. Poëtæ etiam ι in diphthongo assumunt, versus causa, εἵαται, εἵατο: κείαται, κείατο.

IIII°

Iones, et Attici in verbo ἵεμαι, tertiam personam pluralem præteriti adiacentis passivi εἷνται, ἕωνται proferunt: Unde sunt ἀφέωνται Matthæi 9. & ἀνέωνται apud Herodotum.

DE DIALECTIS VERBI SVBSTANTIVI.

Modo ind. temp. præ. εἰμί, Doricè ἐμμί. εἶ, Ionicè ἐίς, poëticè ἐαί, ἐστί. Dualia nihil variant. Plural. ἐσμέν, ~~antiquè~~ Ionicè εἰμὲν, Doricè εἰμές. ἐστέ. εἰσί, Ionicè ἔασι, Doricè ἐντί. Præterito imperf. ἦν, & ἤμην, Ionicè ἔα, & ἦα: Atticè ἦ: ~~poëticè~~ poëticè ἐήν, ἐόν, & ἔσκον, ab ἔω, unde est εἰμί. ἦς, Æolicè, et Atticè ἦσθα, ἦν, Doricè ἦς: poëticè ἐήν, ἤην, ἦεν, & ἔσκε. Dual. ἦτον ἦτην, poëticè ἔστον, ἔστην, & ἦστον, ἤστην. Plural. ἦμεν

Doricè ἦμες. ἦτε. ἦσαν, poëticè ἔσαν, κατὰ συστολὴν.
Futuro ἔσομαι. ἔσῃ, Ionicè ἔσεαι. ἔσται, Ionicè ἔσεται, poëticè ἔσσεται, κατὰ διπλασιασμὸν: Doricè ἐσοῦμαι ἐσῇ ἐσεῖται. Modo imper. ἔσω, poëticè ἔσσω κατὰ διπλασιασμὸν: ἔστωσαν, Atticè ἔστων. Modo optativo, personae plurales per syncopen Atticam proferuntur, hoc modò: εἴημεν εἶμεν, εἴητε εἶτε, εἴησαν εἶεν.
Modo sub. ἐὰν ὦ. ἦς, Aeolicè ἦσθα. ἦ, Ionicè ἦσι, poëticè ἔῃ, ab ἔω. Caetera nihil variant.
Modo inf. εἶναι; Ionicè ἔμεναι, & ἔμεν; poëticè ἔμμεναι: Doricè ἦμεν. Participia praesens ὤν, Ionicè ἐών ab ἔω. Futurum ἐσόμενος, poëticè ἐσσόμενος.

DE AVGMENTO.

Π

Attici ab ijs verbis, quorum primae vocales sunt α, ε, & ο, proprium παρακείμενον faciunt, has ipsas vocales cum sequente consonante, communi augmento praeponentes, & corripientes penultimam si, sit opus, ut ἀκούω ἤκουα, Atticè ἀκήκοα, ἐλεύθω ἄχρηστον, ἤλευθα, Atticè ἐλήλυθα: ἐγείρω ἤγερκα, ἤγερμαι, Atticè ἐγήγερκα ἐγήγερμαι: ὀρύσσω

ὤρυχα, Attice ὀρώρυχα: ὄλλω ὦλα, Attice ὄλωλα, unde est ἀπόλωλα: ὄρω ὦρα, Attice ὄρωρα: ὄπτω ὦπα, Attice ὄπωπα.

II°

Attici in quibusdam verbis communi augmento ε praeponunt, ut ὁρῶ ὥρων ὥρακα, Attice ἑώρων ἑώρακα: ὀνοῦμαι, ὤνημαι, Attice ἐώνημαι: εἴκω ἄχρηστον οἶκα, Attice ἔοικα ἐῴκειν: οἰνοχοῶ ᾠνοχόουν, Attice ἐῳνοχόουν. Item ἀνοίγω ἀνέῳγον, ἀνέῳξα, ἀνέῳγα, ἀνέῳγμαι, ἀνεῴχθην. Horum imitatione ξυνέηκε, & προσεείπε, pro ξυνῆκε, & προσεῖπε dixit poeta. Aliquando sublato communi augmento, ε praeponunt, ut κατάγω pro frango, κατέαξα κατέαγα, κατέαγμαι, κατεάγην: ἁλόω pro ἁλίσκω, ἥλωκα, Attice ἑάλωκα, ἥλων, Attice ἑάλων. Singularia sunt ἀγήοχα, & ἤγαγον, pro ἦχα, & ἦγον, ab ἄγω.

III°

Attici aliquando commune augmentum ε, in η mutant, ut μέλλω ἔμελλον, Attice ἤμελλον: δύναμαι, ἐδυνάμη ἐδυνήθην, Attice ἐδυνάμην, ἠδυνήθην: βούλομαι, ἐβουλόμην, ἐβουλήθην, Attice ἠβουλόμην, ἠβουλήθην.

IIII°.

Attici commune augmentum λε, & με, in ει mutant, ut λήβω ἄχρηστον, λέληφα, Atticè εἴληφα: συλλέγομαι, συλλέλεγμαι, Atticè συνείλεγμαι: μείρομαι μέμαρμαι, Atticè εἵμαρμαι: Unde est εἱμαρμένη.

V°.

Poëtæ in præteritis auferunt augmentum, unde sunt τεύχε, δῶκε, βῆ, pro ἔτευχε, ἔδωκε, ἔβη apud poëtam. Econtrario ijdem poetæ communi augmento ἐφιλῷ primam consonantem præsentis præponunt, ut πείθω ἔπιθον, poëticè πέπιθον; λήθω ἄχρηστον, ἔλαθον, poëticè λέλαθον: τάζω ἔταζον, poëticè τέταζον; τεύχω, ἔτυχον, medium ἐτυχόμην, poëticè τετυκόμην, mutata etiam aspirata in tenuem ἰωνικῶς. Plerique dialecto Ionicæ tribuunt utrumque.

DE CONTRACTIS.

In omnibus ijs, quæ Sÿnæresin patiuntur, illud est generatim animaduertendum, quod integræ declinationes, & coniugationes in lingua Ionica sunt usitatæ, contractæ uerò in lingua communi, & Attica. Amant enim ~~no~~ Iones uocalium concursiones: quas ut effugiant Attici, crebris utuntur contractionibus.

DE NOMINIBVS CONTRACTIS.

10

Dores in prima declinatione contractorum ου in ευ, & in quarta εο in ευ mutant, ut ὁ δημοσθένης, gto, Ionicè τοῦ δημοσθένεος: Communiter, & Atticè δημοσθένους: Doricè δημοσθένευς. Τὸ ἔρεβος, gto, Ionicè τοῦ ἐρέβεος: communiter, & Atticè ἐρεβους: Doricè ἐρέβευς, ἰλ. θ. ὁ βασιλεὺς, gto, Communiter τοῦ βασιλέος, Doricè βασιλεῦς, circumflexa ultima.

110

Attici in prima declinatione nominum contractorum accusativum singularem per ην proferunt, si sint nomina propria, ut ὁ δημοσθένης, τὸν δημοσθένην.

1110

Attici ab ijs nominibus, quae per ης, ευς pluriumque exeunt accusativum singularem in α contrahunt, ut ὁ ὑλιὴς, accusativo, Ionicè τὸν ὑλιέα, communiter ὑλιῆ, Atticè ὑλιᾶ: ὁ πειραιεὺς, accusativo, communiter τὸν πειραιέα, Atticè πειραιᾶ. Idem fit in gto quartae τοῦ πειραιέος, Atticè πειραίεως, & πειραιῶς.

1111

Poëtae in secunda declinatione nominum contractorum, penultimam vocalem ε in η mutant κατ' ἔκτασιν, ut ἡ πόλις τῆς πόλεος, poëticè πόληος: τῇ πόλεϊ, poëticè πόληϊ: τὴν πόλιν, poëticè πόληα.

V0.

Iones in tertia declinatione nominum contractorum pro κέρατα, & ζέρατα, πέρεα, & ζέρεα dicunt, extrito τ, & mutato α in ε. R eliquas uarietates ante demonstrauimus.

VI°

Attici in nominibus comparatiuis per ων exeuntibus utuntur Synaeresi. In ijs enim casibus, quae in ονα, ονες, & ονας desinunt, extrita ν litera, οα in ω, οες uerò, & οας in ους contrahunt, hoc modo: ὁ καὶ ἡ ἀμείων, καὶ τὸ ἄμειον: τὸν καὶ τὴν, καὶ τὰ ἀμείνονα, Atticè ἀμείνω. οἱ καὶ αἱ ἀμείνονες, Atticè ἀμείνους: τοὺς καὶ τὰς ἀμείνονας, Atticè ἀμείνους.

DE VERBIS CONTRACTIS.

I°

Poëtae uerba in αω post contractionem extendunt, interponentes uel ω praecedente syllaba longa, ut ἡβάω, ἡβῶ, poëticè ἡβώω: uel ο praecedente syllaba breui, ut ὁράω ὁρῶ, poëticè ὁρόω: unde etiam poëticè fiunt optatiui, ut ἡβώοιμι, ιλ. λ.

II°

Dores α & ε in η contrahunt, nec ι subscribunt in diphthongo, τιμάεις τιμᾷς, Doricè τιμῆς. τιμάει τιμᾷ, Doricè τιμῆ: τιμάειν τιμᾷν, Doricè τιμῆν: ~~ἐτίμαμ~~ ἐτίμαες ἐτίμας, Doricè ἐτίμης: ἐτίμαε ἐτίμα, Doricè ἐτίμη, unde est κίρνη pro ἐκίρνα, οδυσ. ξ. Horum imitatione dicta sunt

ζῇς, ζῇ, ζῇν ἔξῃ à ζάω. πεινῇς πεινῇ πεινῇν à πεινάω: διψῇς διψῇ διψῇν à διψάω: Item χρῆται ἐχρῆτο, χρῆσθαι à χράομαι, quæ omnia etiam in lingua communi, & Attica sunt usitata.

III°

Dores, & interdum Iones ου post contractionem in ευ mutant ut ποιοῦσι, Doricè ποιεῦσι: ποιοῦσα, Doricè ποιεῦσα: ποιοῦντες, Doricè ποιεῦντες.

IIII°

Modo optatiuo tempore præsenti Attici, & Æoles uerba contracta coniugant, mi terminatione in ην mutata, hoc modo: τιμῴην τιμῴης τιμῴη, ποιοίην ποιοίης ποιοίη, δηλοίην δηλοίης δηλοίη. Dores etiam penultimam οι in ῳ mutant hoc modo ποιῴην δηλῴην. Idem Attici, & Æoles pro ποιήσαιμι, ποιήσεια dicunt, sicut pro τύψαιμι τύψεια.

V°

Iones etiam in ijs uerbis, quorum futura in lingua communi, & Attica seruant penultimas, α, & ε in η mutant, ut, περάω περάσω, Ionicè περήσω. ἰάομαι ἰάσομαι, Ionicè ἰήσομαι: ἐπαινέω ἐπαινέσω, Ionicè ἐπαινήσω.

Τέλος, καὶ τῷ θεῷ δόξα.

Annotat

Annotationes in primum Stadios

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0053

DE NOMINE AVTORIS.

Homerus primum dictus ~~est~~ fuit Melesigenes, à fluuio Melete, apud quem natus esse traditur. Postea cum esset iam oculis captus, ὅμηρος coepit nominari, ex re ducto uocabulo: ὅμηρος enim Cumanorum lingua coecum significat. Alii obsidem fuisse aiunt in eo bello, quod Smyrnaei cum Colophoniis gesserunt: ὅμηρος autem Graecis est obses.

De patria illius magna est, & autorum, et ciuitatum dissensio; cuius rei Cicero in oratione pro Archia poëta meminit, his uerbis: Homerum Colophonii ciuem dicunt esse suum: Chii suum uendicant: Salamnij repetunt: Smyrnaei uero suum esse confirmant. Itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt. Permulti alii praeterea pugnant ~~inter~~ inter se, atque contendunt. Extat apud Gellium in hanc sententiam huiusmodi distichon:

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν ὁμήρου,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, Σαλαμὶν, ἴος, ἄρζος, ἀθῆναι.

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenae.

Vitam eius copiose describunt Herodotus, et plutarchus.

DE DVPLICI EIVS POEMATE.

Reliquit duo opera, Iliadem, & Odysseam. In Iliade bellum Troianum, resque ad Ilium à Graecis, Barbarisque gestas persecutus; eo consilio, ut propositis illustribus exemplis uirtutis, ac fortitudinis, cum in aliis ducibus, tum maxime in Achille, Graecos laudaret, uituperaret Barbaros. Ideoque institutum fuit apud Graecos, ut hæc poëmata lectitarent adolescentes, ut eorum animi ab teneris aetate, & odio Barbarorum, et admiratione suae gentis incenderentur. In Odyssea recitatum Vlyssis in patriam descriptit, uariis erroribus implicatum, nec non prudentiam eius, ac solertiam, qua ille superatis errorum difficultatibus, tandem in probitatem hominum inimicorum sibi, suisque in Ithacam uindicauit.

DE CAVSA BELLI TROIANI.

Paris, qui alio nomine Alexander nuncupatur, Priami regis, & Hecubae filius, frater Hectoris, cum in Graeciam nauigasset, repetenda Hesiones amitae nomine, Spartamque uenisset, ut Helenam foeminam pulcherrimam à Venere sibi promissam abduceret, ad traditis.
Maritum eius Menelaum diuertisse ~~fuit~~. A quo cum esset benigne hospitio ~~ex~~ceptus, infirmum mulieris animum ad amorem sui pellexit, eamque absente Menelao aut ui rapuit, aut sponte secuta,

tem ~~anuexit~~ auexit. Hanc igitur à marito repetitam, quia Troiani reddere nolebant, iccirco universa Graecia cum sociis, Imperatore Agamemnone fratre Menelai, Troianis bellum infert. Quod cum in decimum annum esset extractum, tandem Sinonis fraude capitur Ilium.

DE DISPOSITIONE ILIADOS.

Neque vero poëta iustam seriem narrationis observat, quippe qui à decimo anno, & ab Achillis ira, quae Graecis plurimum nocebat, propter summam illius viri fortitudinem, bellique industriam, initium fecerit. Solent enim poëtae contrà quàm historici, perturbato ordine à mediis, aut ultimis rebus ordiri, iis interim quae natura erant primae, ad occasionem narrantis alicuius reservatis. De quo genere lege Oratium in arte poëtica, & Rodolphum lib. 3. Cap. 7.

DE VTILITATE EIVSDEM.

Magnopere autem prodest huius poëmatis lectio, non ad ~~[illegible]~~ solum, & multiplicem rerum cognitionem, verùm etiam ad alendam eloquentiam. Primùm enim tam vitia, quàm virtutes principum, propositis exemplis, in eo pulcherrimè depinguntur. Deinde licet ex eo mala innumerabilia, quae ex discordiis nascuntur, praesertim inter potentes viros, & ingentes bellorum calamitates, & varios denique rerum eventus cognoscere. Igitur praeclarè ~~Ouidius~~ Oratius lib. 1. epist. 7. ad Lollium de hoc poëta ~~ita~~ sic canit:

Troiani belli scriptorem maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneste relegi.
Cui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, quae Paridis propter narratur amorem
Graecia barbariae lento collisa duello,
stultorum regum, & populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere causam.
Quid Paris? ut salvus regnet, vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Peliden festinat, & inter Atriden.
Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi:
Seditione, dolis, scelere atque libidine, et ira
Iliacos inter muros peccatur, et extra.
Jam dicendi facultati quantum conducat, doctissimorum virorum
judicia facile declarant. Etenim Cicero in libro de claris Oratoribus Homerum ornatum in dicendo, & plane Oratorem vocat.
Et Quintilianus lib. 10. Cap. 1. Sed nunc (inquit) genera
ipsa lectionum, quae praecipue conducere intendentibus, ut oratores

fiant, existimem, persequar. Igitur ut Aratus à Ioue incipiendum putat, ita nos ritè coepturi ab Homero uidemur. Hic enim quemadmodum ex Oceano dicit ipse amnium uim, fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum, & ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idem laetus, ac pressus, iucundus, ac grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis, nec poëtica modò, sed oratoria uirtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam, nonne uel unus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio, uel dictae in secundo sententiae omnis litis, ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem, uel illos mites, uel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc autorem habuisse fateatur.

Age uerò, non utriusque operis ingressus in paucissimis uersibus legem proemiorum non dico seruauit, sed constituit? Nam et beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas praesidere uatibus creditum est, & intentum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehensa facit. Et paulò post. Quid? In uerbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis,

nonne humani ingenij modum excedit? Vt magni sit uiri uirtutes eius, non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequij. Verum hic omnes sine dubio & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit. Hactenus Quintilianus.

Ob has causas iure, & meritò à Platone dicitur ἄριστος, καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν; ab Imperatore Iustiano, omnis uirtutis parens; à Plinio, literarum princeps, ingeniorum fons, & ingeniorum felicissimus; à Columella, parens eloquentiæ deus ille Mæonius. Quin etiam Alexander magnus Iliada Homeri assiduè in exercitu circumtulisse dicitur, adeoque delectatus esse eius lectione, ut dormiens pro pulvino sit usus, & cum omnia probasse, tum maximè hunc versiculum:

ἀμφότερον, βασιλεύ τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητὴς.

Idem Alexander capto inter spolia Darij Scrinio, auro, gemmisque precioso, cum varios eius usus demonstrarent amici: Imò verò (inquit) librorum Homeri detur custodiæ.

Quòd deos facit cum hominibus congredientes, eo intelligi voluit: primùm, uiros bonos, & uirtute ornatos deo curæ esse: Deinde, nihil ab hominibus sine ope, atque consilio dei rectè geri, & administrari posse.

fabulae, quas passim admiscet, partim decoris, delectationisque causa adhibentur, ut his tanquam illecebris lectorem in officio retineat; partim sunt eiusmodi, ut magna in ijs lateant interiora, & recondite philosophiae mysteria, ut suis locis indicabimus.

DE GENERE DICENDI.

Cùm tria sint genera, in quibus omnis oratio non citiosa constet, nimirum, grande, humile, & mediocre, Ilias magna ex parte in primo genere versatur: Id enim postulat heroici carminis materia. Itaque Cicero magniloquentiam Homero tribuit, lib. ep. fam. 13. ep. 15. ad C. Caesarem.

DE DIALECTIS.

Cùm quinque sint Graecorum dialecti, Dorica, Aeolica, Ionica, Attica, & Communis; Homerus promiscuè omnibus utitur, imprimis tamen Ionica, qua dialecto nulla videtur propter varietatem figurarum carmini heroico accommodatior.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI HOMERI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861777735/phys_0061

Chrÿſes ſacerdos Apollinis ad naues Græcorũ uenit, redimere uo-
lens filiam suam Chrÿſeidem. Quam cũm non modo non rece-
piſset, sed contumelioſè etiam exagitatus esset ab Agamemnone,
aduerſus Græcos uota fecit Apollini. Exorta igitur peſtilentia,
et multis ut uerisimile est peremptis, concionem Achilles ad
uocauit. In qua cũm uerã cauſam exposuiſset Calchas, cũſ-
piſsetque Achilles placari deum; Agamemnon ira incensus, contro-
dit cũm Achille, eiſque præmium eripuit Briſeidem. Itaque ille
iraſcitur Græcis. Thetis autem filii precibus adducta, in Olym-
pum ascendit; petitque à Ioue, ut Troianos Græcis potentiores ef-
ficeret. Quo cognito, Iuno cũm Ioue contendit, quod eos in
concordiam redegit. Vulcanus, infuso uino in poculo aureo. Illi au-
tem reliquum diem epulati, somno consopiuntur.

Aliud.

Alpha preces Chrÿſe, peſtis mala, iurgia regum.

SCHOLIA.

AD Homeri opera non sunt ordine ab ipso auctore edita, sed
cũm dispersa essent, & confusa, à Piſiſtrato conquisita esse
perhibentur, & ab Ariſtarcho grammatico in numerum librorum

iuxta ordinem graecarum literarum, digesta, qui libri postea ῥα-
ψωδίαι sunt appellati, composito nomine ex ῥάπτω suo, & ᾠδὴ
cantus, seu carmen. Cicero utrunque Pisistrato tribuit his verbis:
Quis doctior ijsdem illis temporibus, aut cuius eloquentia literis instru-
ctior fuisse traditur, quàm Pisistrati? Qui primum Homeri li-
bros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.
ὁμήρου ⊃ ὅμηρος in lingua communi obsidem significat, apud Cuma-
nos verò caecum. Χρυσηΐδα ⊃ Χρύσης Chrijses, Χρυσηΐς Chrijseis
filia Chrijsae, nomen patronijmicum, quae proprio nomine Astijnome
nuncupata fuisse dicitur. Haec expugnatis Thebis capta est, & Agamemnoni donata. Ἀποδιωχθεὶς ⊃ διώκω, & ἀποδιώκω
persequor. διαφθειρομένων ⊃ φθείρω perdo, φθείρομαι perdor,
& per consequens pereo: Inde φθειρόμενος qui perditur, & qui
perit. Graeci utuntur duobus genitivis consequentiae pro ablativis.
κάλχας ⊃ Graecorum vates. διασαφήσαντος ⊃ σαφὴς planus,
manifestus, apertus, διασαφέω explano, expono, apertè dico.
διηνέχθη ⊃ φέρω fero, verbum anomalon, futurum οἴσω feram,
Indef. τ. ἤνεγκα tuli. praeteritum adiacens ἐνήνοχα modò
tuli. praeteritum adiacens passivum ἤνεγμαι modò latus
sum. Indef. τ. ἠνέχθην latus sum. διαφέρω differo,
διαφέρομαι differor, & discordo, dissentio, contendo.

Τὴν βρισηΐδα ⊃ ἡ βρισηΐς Briseïs, nomen patronÿmicum, quæ proprio nomine Hippodamia nuncupata fuisse dicitur. Hæc expugnata Lÿrnesso, capta est, & Achilli donata. Θέτις ⊃ Thetis Peleï regis uxor, Achillis mater. δεηθέντος ⊃ δέομαι indigeo, & precor, seu rogo. Tut. δεήσομαι. præter. adiacens δεδέημαι modò precatus sum. ἀόρ. ἐδεήθην, hinc δεηθεὶς participium. ἀνελθοῦσα ⊃ ἔρχομαι uenio, ἀνὰ sursum: Inde ἀνέρχομαι sursum uenio, ascendo. ἠτήσατο ⊃ αἰτέομαι peto. Tutur. αἰτήσομαι, ἀόρ. ἠτησάμην. Ἐνωχηθέντες ⊃ ἐνωχέομαι epulor, agito conuiuium.

Versio.

Perniciosam Achillis iram cane dea, quæ innumeros Græcis dolores inussit, multásque forteis heroum animas ante tempus ad inferos misit, ipsósque canibus, alitibusque cunctis dilaniandos obiecit: Iouis autem satisfiebat consilio, cùm primùm mutua contentione distracti sunt Agamemnon, et Achilles, quisque deorum hanc inter illos contentionem excitarit? Nempe Latonæ, & Iouis filius Apollo.

Θεὰ ⊃ μοῦσα, κατ' ἐξοχὴν, inprimísque Calliope, quæ poëtis cau-

men Heroicum scribentibus praesidere fingitur, ideoque ab Hesiodo vo-
catur προφερεστάτη ἁπασάων. ἀείδε ⁊ ᾄδε, τοῦτ' ἔστι λέγε,
figura diaeresis. Est enim ἀείδω verbum integrum, ex quo contra-
ctum est ᾄδω, sicut ex ἀοιδὴ ᾠδὴ cantus. μῆνιν ⁊ μῆνις ἰδὸς
ὀργὴ ἐπίμονος, ira durans, seu diuturna. πηληιάδεω ἀχιλῆος ⁊
τοῦ πηλέως ἡοῦ ἀχιλλέως. Πηλεὺς peleus, Aeaci filius, Achillis pa-
ter: hinc nomen patronymicum πηλείδης pelides, pelei filius,
quod Iones πηληιάδης proferunt, primum divisa per Diaeresin diph-
thongo ει, πηλεΐδης: Deinde mutata per ectasin ε in η, πη-
ληΐδης, et postremo interposito per epenthesin α, πηληϊάδης, ex
quo genitivus Ionicus, πηληϊάδεω.

Regula.

Iones divisa ει diphthongo, ε in η mutant, ut βασίλειος, Ionicè
βασιλήϊος regius: ἀνθρώπειος, Ionicè ἀνθρωπήϊος, apud
Herodotum. ἀχιλῆος ⁊ ἀχιλλεὺς, et extrito altero λ ἀχιλεὺς
Achilles. Tale est etiam ὀδυσεὺς, pro ὀδυσσεὺς. Ὀυλομένην ⁊
ὄλλω perdo, ἀόρ: β. ὦλον, medius ὠλόμην perdidi. Hinc
participium ὀλόμενος, & assumpto υ in diphthongum, οὐλόμενος
qui perdidit, vel perdens, & cum in nomen degenerat, pernicio-
sus, exitiosus, exitialis, ὀλέθριος.

Regula.

Iones uocales ε et ο producunt, assumptis in diphthongum ι & υ, ut, ξένος, Ionicè ξεῖνος hospes: νόσος, Ionicè νοῦσος. Sic nostri ûpilio dicunt, pro opilio. Ἀχαιοῖς ⊃ ἀχαιοὶ Achaei, uel Achiui, populi Graeciae, per Synecdochen ipsi Graeci. μυρία ⊃ μυρίοι αι α, innumerabiles, innumeri. ἄλγεα ⊃ ἄλγος dolor, ἀλγηδών, ὀδύνη. προϊάψεν ⊃ ἰάπτω mitto, πέμπω: προϊάπτω ante tempus mitto. ἄϊδι ⊃ τῷ ᾅδῃ, orco, ad inferos. Ἄϊς ιδος, orcus, inferi, ᾅδης. ἰφθίμους ⊃ ἴφθιμος fortis, strennuus, ἀνδρεῖος, γενναῖος. ἡρώων ⊃ ἥρως heros, ἡμίθεος ἀνὴρ, uir semideus. τεῦχε ⊃ τεύχω paro, apud Homerum efficio, ποιῶ. ἑλώρια ⊃ ἕλω trabo, ἑλκύω: ἑλώριον esca quae dilaniatur, ac discerpitur, praeda canum, aut uolucrum. κύνεσσι ⊃ τοῖς κυσὶν. κύων κυνὸς canis. οἰωνοῖσι ⊃ οἰωνὸς, ὄρνις σαρκοφάγος, auis carniuora, ut coruus, aut uultur. διὸς ⊃ Ζεὺς διὸς Iupiter, Saturni filius, Neptuni, Plutonis, & Iunonis frater. ἐτελείετο ⊃ ἐτελειοῦτο, ἐπληροῦτο perficiebatur, implebatur. Τελέω, & assumpto ι in diphthongo τελείω finio, perficio. τὰ πρῶτα ⊃ πρῶτον. Ἀτρείδης ⊃ ἀτρεὺς Atreus, filius

Pelopis, pater Agamemnonis, et Menelai: Hinc nomen Patronymicum ἀτρείδης Atreï filius Agamemnon, aut Menelaus. Ἄναξ ⊃ βασιλεὺς. Ἀνδρῶν ⊃ non ad sexum, sed ad praestantiam referendum est in hoc loco. δῖος ⊃ Ζεὺς διός Iupiter: Hinc δῖος δῖα δῖον, dius, seu divus, quasi à Ioue oriundus, iuxta illud Hesiodi: ἐκ δὲ διὸς βασιλῆες, à Ioue verò reges, hoc est, Magistratus constitutus est à deo. Festus: Dius (inquit) heroum aliquis à Ioue genus ducens. Alibi διοτρεφὴς dicitur ab eodem poëta. διαστήτην ⊃ ἵστημι statuo, διΐστημι dirimo, dissocio, ad discordiam impello, distraho: διΐσταμαι dirimor, dissocior, distrahor, & per consequens dissideo, discordo, ἀόρ. β. διέστην, & ablato augmento διάστην distractus sum, discordavi. τίς τ' ἄρ. ⊃ τίς τε ἄρα, quisque tandem. Ἄρα coniunctio expletiva, idem significans quod δὴ, à poëtis ἄρ, et ῥα profertur, quidem, tandem. ξυνέηκε ⊃ συνέβαλε. ἵημι mitto, σὺν, et Atticè ξύν cum et in compositione con, hinc συνίημι, et Atticè ξυνίημι committo, compono, συμβάλλω. σφωὲ ⊃ αὐτὼ ipsos duos, Agamemnonem & Achillem.

Regula.

Graeci nominibus reciprocis saepe pro relativis utuntur.

ἔριδι μάχεσθαι ⊃ ἐρίζειν, φιλονεικεῖν contendere. λητοῦς ⊃ λητὼ Latona, filia Coei Titanis, mater Apollinis, et Dianae.

ὁ γὰρ ⊃ οὗτος γὰρ. χολωθεὶς ⊃ ὀργισθὴς iratus. χόλος ira, ὀργὴ, χολόομαι irascor, succenseo, ὀργίζομαι. βασιλῆι ⊃ τῷ βασιλεῖ. ὦρσε ⊃ διήγειρεν, ἐνέβαλεν excitauit, immisit. νοῦσον ⊃ νόσον. ὀλέκοντο ⊃ ἀπώλλυντο, peribant. ὀλέκω perdo, ἀπολλύω. οὕνεκα διότι, coniunctio Ionica. ἠτίμησε ⊃ ἠτίμασε, τιμὴ honor, ἀτιμία ignominia. τιμάω honoro, ἀτιμάω ignominia afficio, ἀτιμάζω. μ. ἀτιμήσω, ἀόρ. α ἠτίμησα ignominia affeci. ἀρητῆρα ⊃ τὸν ἱερέα, sacerdotem, ductum nomen ab officio precandi: ἀρᾶσθαι enim precari est, εὔχεσθαι, et ἀραί preces, λ. ο. θοὰς ⊃ ταχεῖας ueloces, celeres. θοός uelox, à θέω quod est curro. ἐπὶ νῆας ⊃ ἐπὶ τὰς ναῦς, ἐπὶ τὰ πλοῖα ad naues. λυσόμενος ⊃ λυτρωσόμενος redempturus. λύω soluo, λύομαι redimo, ex quo λύτρα i. precium redemptionis. θύγατρα ⊃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ χρυσηΐδα, Syncope. ἀπερείσια ⊃ ἄπειρα τῷ πλήθει, πάμπολλα, μέγιστα. πέρας ατος, et assumpto ι in diphthongo πεῖρας finis, terminus. Hinc ἀπέρατος, et ἄπειρος, poëtice ἀπειρέσιος, et per Metathesin ἀπερείσιος infinitus, immensus, grandis. ἄποινα ⊃

λύτρα

λύτρα, precium, quod pro redimendo captiuo persoluitur. στέμματα ⊃ στεφάνους coronas. στέφω corono στεφανῶ: στέφος, & στέφανος, & στέμμα corona. Intelligitur autem corona Apollinis propria ·|· laurea. ἑκηβόλου ⊃ τοῦ ἕκαθεν, τοῦτ' ἔστι πόῤῥωθεν βάλλοντος, procul iacientis, seu ferientis: periti Sagittarij, ab ἕκαθεν procul, & βολὴ iactus. χρυσέῳ ⊃ χρυσῷ aureo. χρυσὸς aurum: χρυσοῦς σῆ οὖν, uel χρύσειος, et extrito ι ἰωνικῶς, καὶ δωρικῶς, χρύσεος aureus.

REGVLA.

Iones, & Dores in diphthongo ει elidunt ι. Sic Herodotus in principio libri τ ἀπόδεξις dixit, pro ἀπόδειξις. ἀνὰ ⊃ σὺν cum, Dorica abusio praepositionis. Dicitur etiam ἀν per Apocopen. Pindarus: χρυσέαις ἀν ἵπποις, aureis cum equis. ἐλιάσετο ⊃ παρεκάλει orabat, obsecrabat. κοσμήτορε ⊃ ἡγεμόνε duos duces, à uerbo κοσμέω ῶ, quod et orno significat, et ordino, seu ordinem praescribo multitudini. ἐυκνήμιδες ⊃ κνήμη tibia, κνημίς ocrea, inde ἐύκνημις, et per ectasin Atticam ἐυκνήμις, egregias tibias, uel egregias ocreas habens: per Synecdochen robusto corpore, uel armis insignis ·|· Cut plutarchus interpretatur ⊃ ἔυπλος. ἔχοντες ⊃ κατοικοῦντες. ὀλύμπια δώματα ⊃ τὸν ὄλυμπον, ἤγουν τὸν οὐρανὸν ·|· coelites, uel coelicolae. Est autem olympus Macedoniae mons

qui propter magnitudinem, et altitudinem à poëtis pro coelo ponitur, sic dictus quasi ὁλόλαμπος totus lucidus, extrita λα syllaba, & mutata ο in υ αἰολικῶς. ἐκπέρσαι ⊃ ἐκπορθῆται, καταστρέψασθαι expugnare, à πέρθω. ἱκέσθαι ⊃ venire. ἱκνέομαι venio, Futurum ἵξομαι, ἀόρ. β. ἱκόμην. λύσατε ⊃ τὰ λύτρα λαβόντες ἀπόδοτε, accepto precio restituite. φίλην ⊃ τὴν προσφιλῆ, charam, dilectam. δέχεσθε ⊃ λάβετε. ἁζόμενοι ⊃ σεβόμενοι, ἐντρεπόμενοι. ἅζομαι veneror, revereor, unde est ἅζιος. ἔνθα ⊃ τότε tunc. Enallage, quia adverbium loci, pro adverbio temporis ponitur. Teren: Ibi homo coepit me obsecrare. ἐπευφήμησαν ⊃ μετ' εὐφημίας εἶπον, cum magna acclamatione dixerunt: Compositum verbum ab εὖ, & φημί. δέχθαι ⊃ δέχεσθαι, λαμβάνειν, Syncope. ἀγλαὰ ⊃ λαμπρὰ praeclara. ἥνδανε ⊃ ἤρεσκε placebat, probabatur. ἁνδάνω placeo, ἀρέσκω. θυμῷ ⊃ ἐν τῇ ψυχῇ. Ellipsis. ἐπὶ μῦθον ἔτελλε ⊃ ἐπέτελλε λόγον, imperabat sermonem: Tmesis Ionica. ἐπιτέλλω mando, impero, ἐπιτάσσω. μῦθος fabula, Ionum lingua orationem significat, unde est μυθέομαι οὔμαι ⁊ loquor, seu dico, λέγω, λαλῶ. κρατερὸν ⊃ ἰσχυρὸν. κιχείω ⊃ εὕρω, καταλάβω inveniam, offendam, deprehendam. Κιχέω, et assumpto ι in diphthongo κιχείω invenio, offendo, deprehendo, εὑρίσκω, κατα

λαμβάνω. παρὰ νηυσὶ ⊃ παρὰ ταῖς ναυσὶ, apud naueis. κοίλῃσιν ⊃ κοίλαις. κοῖλος η ον cauus, concauus. δηθύνοντα ⊃ χρονίζοντα, βραδύνοντα, morantem, tardantem: δηθύνω moror, tardo, χρονίζω. αὖτις ἰόντα ⊃ ἐπανιόντα, ἐπανερχόμενον, redeuntem, reuertentem. μὴ νύτοι οὐ χραίσμῃ ⊃ μὴ οὐκ ἄν σοι βοηθῇ, ne tibi non auxilietur. νυ coniunctio expletiua, apud poëtas usitata, idem significans, quod δή, uel ἄρα. τοι pronomen Doricum pro σοι. χραισμέω, et extrita penultima χραίσμω prosum, iuuo, βοηθῶ. λύσω ⊃ λαβὼν τὰ λύτρα ἀποδώσω, accepto precio restituam. τήνδε ⊃ ταύτην. ἔπεισιν ⊃ εἶμι eo, uado: ἔπειμι inuado. μὶν ⊃ αὐτὴν, pronomen casus accusatiui, generis omnis. ἐνὶ ⊃ ἐν, paragoge. ἄργεϊ ⊃ ἄργος urbs Peloponnesi, regia Agamemnonis, & ipsa Peloponnesus. Strabo libro 8. τηλόθι πάτρης ⊃ πόῤῥω τῆς πατρίδος. τηλοῦ, et τηλόθι procul, πόῤῥω, unde facta sunt latina uerba, telum, et protelo. ἐποιχομένην ⊃ ὑφαίνουσαν texentem. ἀντιόωσαν ⊃ ἐπιμελείας ἀξιοῦσαν, ἐντρεπίζουσαν, curantem parantem, sternentem. ἀντιόν aduersum: ἀντιάω, uel poëtice ἀντιόω aduersum eo, ἀπαντῶ, ὑπαντῶ occurro, obuiam eo, excipio: Item praesto sum, assidue curo, assisto. Cum genitiuo casu significat

assequor, nanciscor. ἐμὸν λέχος ⊃ τὴν ἐμὴν εὐνὴν. ἀλλ' ἴθι ⊃ ἀλλ' ἄπιθι. ἐρέθιζε ⊃ παρόξυνε, irrita. ὥσκε νέῃ ⊃ ὅπως ἂν ἀπέλθῃς. ὡς ⊃ ὅπως, ἵνα ut. ~~ἂν~~ κε ⊃ ἂν, coniunctio potentialis. νέομαι eo, abeo, discedo, ἀπέρχομαι. σαώτερος ⊃ σῶς, saluus, incolumis. σάος, & per Synaeresin σῶς saluus: unde est σώζω seruo, conseruo, et (ut hodie loquuntur) saluo. Est autem Enallage, qua nomen comparatiuum, pro positiuo accipitur, sicut πρεσβύτερος pro πρεσβύτης, et senior pro senex. Ὡς ἔφατο ⊃ οὕτως εἶπεν ὁ ἀγαμέμνων, sic dixit Agamemnon. Φημί aio, dico, Medium φαμαί, παρατατικὸς, & ἀόρ. β. ἐφάμην ἔφασο ἔφατο. ἔδδεισε ⊃ ἐφοβήθη perterritus est, pertimuit. δείδω timeo, φοβοῦμαι. μ. δείσω timebo, ἀόρ. ἔδεισα, & per Diplasiasmum ἔδδεισα timui, παρ. δέδοικα, & δέδια. βῆ δὲ ⊃ ἐπορεύθη δὲ, iuit. βαίνω scando, & gradior, seu eo, πορεύομαι. μ. βήσομαι ibo. ἀόρ. β. ἔβην iui. π. βέβηκα modo iui. ἀκέων ⊃ ἡσυχάζων, σιωπῶν, cum silentio, tacitus. θῖνα ⊃ τὸν αἰγιαλὸν ad littus. πολυφλοίσβοιο ⊃ τῆς ἠχούσης resonantis, uel (ut Statius uertit) multisoni, à πολὺ, & φλοῖσβος, quod nomen à sono factum est, per Onomatopoeiam. ἔπειτα ⊃ μετὰ ταῦτα postea,

deinde. ἀπάνευθε κιὼν ⊃ ἀναχωρήσας cùm secessisset. ὁ γεραιὸς ⊃ ὁ πρεσβύτης senex, unde est comparativus γεραίτερος senior, πρεσβύτερος. ἠρᾶτο ⊃ ἠΰχετο precabatur, ab ἀράομαι precor, unde est ἀρητὴρ. τὸν ⊃ ὃν quem, Enallage Ionica. ἠΰκομος ⊃ ἡ καλὴ formosa, Synecdoche. κόμη coma, εὔκομος, & Ionice ἠΰκομος, egregiam habens comam. τέκε ⊃ ἔτεκε peperit. κλῦθί μευ ⊃ ἄκουσόν μου, audi me. κλύω audio, ἀκούω. μ. κλύσω audiam, ἀόρ. β. ἔκλυν audivi, unde est imperativus κλῦθι. ἀργυρότοξε ⊃ ἀργυροῦν τόξον ἔχων, argenteum habens arcum. ἀμφιβέβηκας ⊃ σώζεις, ὑπερμαχεῖς, conservas, protegis. Βαίνω eo, ἀμφιβαίνω circumeo, et propugno, seu defendo, προΐσταμαι. Huius παρακείμενος est ἀμφιβέβηκα, quo poëta pro praesenti usus est. Χρύσην ⊃ τὴν χρύσαν. Fuerunt autem Troadis civitates Chrysa, Cilla, et Sminthus, Apollinis templo, cultuque insignes. ῥαθέην ⊃ ἄγαν θεῖαν, valde divinam, religiosam, à particula ῥα, quae auget compositionem, & θεός. Τενέδιο ⊃ τῆς Τενέδου νήσου, Tenedo insulae clarissimae, de qua Virgilius in secundo. ἀνάσσεις ⊃ βασιλεύεις, ἄρχεις, regnas, imperas. ἶφι ⊃ ἰσχυρῶς fortiter. σμινθεῦ ⊃ ἐν τῇ σμίνθῳ σεβόμενε, ἢ τιμώμενε, qui in Sminthо coleris. εἴποτε ⊃ εἰπώποτε, si quando. ἐπι

νηὸν ἔρεψα ⊃ ἐπέρεψα, ἤγουν ὠρόφωσα τὸν ναὸν, texi, uel sar-
tum tectum conseruaui templum: Tmesis Ionica. ἐρέφω tego, uel
sartum tectum conseruo, ὀροφόω. Ναός, Atticè νεώς, Ionicè νηὸς
templum, ædes, ἱερὸν. Τοὶ χαρίεντα ⊃ σοὶ κεχαρισμένον tibi gratum,
tibi acceptum. Χαρὶς gratia, χαρίης εντος gratus, acceptus.
κατὰ μήρι' ἔκηα ⊃ κατέκαυσα τὰ μηριαῖα ὀστᾶ, adoleui, seu
combussi ossa femorum, siue coxas. μηρός femur, μήριον, os fe-
moris, seu coxa. πιόνα ⊃ πιμελῆ pinguia. Solebant enim coxae
adipe contectae in aras imponi, atque adoleri. ἠδέ ⊃ καὶ, et, atque.
κρήηνον ⊃ ἐπιτέλεσον, πλήρωσον, perfice, exple. κραίνω per-
ficio, ἐπιτελῶ. μ. κρανῶ perficiam, ἀόρ. ἔκρηνα perfeci:
Inde est imperatiuus κρῆνον, & per productionem poëticam κρήηνον.
Τόδε ἐέλδωρ ⊃ ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν, hanc cupiditatem. δαναοὶ ⊃
οἱ ἕλληνες. τίσειαν ἐμὰ δάκρυα ⊃ τιμωρίαν δοῖεν ἀντὶ τῶν
ἐμῶν δακρύων, poenas luant mearum lachrymarum, uel luant
meas lachrymas. τίω honoro, et luo. σοῖσι βέλεσιν ⊃ τοῖς σοῖς
βέλεσιν, paragoge, et Diplasiasmus. τοῦ δ' ἔκλυε ⊃ τούτου
ἔκουσεν. φοῖβος ⊃ καθαρὸς, ἀγνὸς, λαμπρὸς, purus, clarus, in-
tidus. βῆ δὲ ⊃ κατέβη δὲ, descendit autem. Duplex Aphaeresis.

κατ' οὐλύμποιο κάρηνων ⊃ ἀπὸ τοῦ ἄκρου ὀλύμπου, à summo olympo
|: è coelo, οὐρανόθεν. κάρηνον vertex, κορυφὴ. χωόμενος ⊃ ὀργιζό-
μενος, irascens. κῆρ ⊃ τὴν ψυχὴν, contractum nomen ex integro
κέαρ. τόξα ⊃ τόξον, Enallage numeri. ὤμοισιν ⊃ ἐπὶ τοῖς ὤμοις in
humeris. ἀμφηρεφέα ⊃ κύκλῳ ἐσκεπασμένην, undique tectam,
undique opertam. Compositum nomen ex ἀμφὶ circum, pr. ἐρέφω
tego. ὀϊστοὶ ⊃ τὰ βέλη sagittae. ἔκλαγξαν ⊃ ἤχησαν sonuerunt.
κλαγγὼ clango, sono. ἤϊε ⊃ ἐπορεύθη iuit, παρακείμενος verbi
εἶμι eo. ἐοικὼς ⊃ ὅμοιος similis, ab ἔοικα, quod est similis sum.
ἕζετο ⊃ sedebat ἐκαθέζετο, ἐκάθητο. ἕζομαι, & in compositione
καθέζομαι, sedeo, consido. μετὰ ⊃ μετὰ ταῦτα post |: postea.
ἕηκε ⊃ ἀφῆκε emisit. ἰὸν ⊃ βέλος telum. κλαγγὴ ⊃ ἦχος sonus,
clangor. ἀργυρέοιο βιοῖο ⊃ τοῦ ἀργυροῦ τόξου. βιός cum est
ὀξύτονον, & arcum significat, & nervum arcus, qui proprio voca-
bulo νευρὰ dicitur. ἐπώχετο ⊃ ἐπήει adoriebatur, invadebat.
οἴχομαι eo, ἐποίχομαι invado. οὐρῆας ⊃ τοὺς ἡμιόνους mulos,
per Synecdochen iumenta, τὰ ὑποζύγια. ὀρεύς, & assumpto υ
in diphthongo ἰωνικῶς οὐρεὺς, mulus ἡμίονος. ἀργοὺς ⊃ ταχεῖς,
ἢ λευκοὺς veloces, aut albos. αὐτοῖσι ⊃ αὐτοῖς τοῖς ἕλλησιν, in

ipsos Graecos. ἐλεπευκὲς ⊃ ἔχω habeo, πεύκη teda arbor, similis ei, quae πίτυς ⊣ picea nuncupatur, vine fiche, oder vine kiuern. Hinc ἐλεπευκὴς teli epitheton, quod alij piceum interpretantur, quod tela pice illini solita sint apud ueteres. Alij amarum, alij mortiferum, seu letale, sumpta à natura arboris significatione, quae et fructum fert amarum, et semel excisa, nunquam repullulat. Potest etiam de natura piceae, ad inflammandum, atque urendum accommodata intelligi, ut sit telum, habens uim urendi corpora sauciorum, quae quidem significatio cum natura pestilentiae uidetur conuenire. Certe idem poëta ab eadem arbore aliud epitheton facit πευκεδανὸς, idque bello tribuit ἰλ. κ, quod ibi inflammari soleant hominum animi, nec facilè sedari. βάλλε ⊃ ἔβαλλε, ἐτίτρωσκε, iaciebat, feriebat, figebat. θαμειαὶ ⊃ πυκναὶ, συνεχεῖς, crebrae, continuae, frequentes, assiduae. πυραὶ ⊃ rogi, pyrae. νεκύων ⊃ τῶν νεκρῶν mortuorum. καίοντο ⊃ ἐκαίοντο accendebantur, uel ardebant. καίω uro, et accendo, καίομαι uror, uel accendor, et per consequens ardeo. κῆλα ⊃ τὰ βέλη tela. ἐννῆμαρ ⊃ ἐννέα ἡμέρας, nouem dies, compositum ex ἐννέα nouem, et ἦμαρ dies.

καλεσάτο ⊃ ἐκάλεσε uocauit. καλέω uoco. μ. καλέσω uocabo.
αόρ. α. ἐκάλεσα uocaui, Medium ἐκαλεσάμην, per aphæresin, &
diplasiasmum καλεσάμην. ἀγορήνδε ⊃ εἰς τὴν ἀγορὰν ad conci-
lium. ἀγορὰ, & Ionicè ἀγορὴ forum, concilium, conuentus, ab
ἀγείρω, quod est congrego: Inde aduerbium ad locum ἀγορήνδε.
λευκώλενος ⊃ καλῆ formosa, Synecdoche. λευκός candidus, ὠλένη
lacertus: λευκώλενος, candidos habens lacertos. ἥρη ⊃ ἥρα Iuno.
τῷ ⊃ τούτῳ. ἐπὶ φρεσὶ ⊃ ἐν τῷ νῷ in animo, metonymia. φρένες
præcordia, poëticè mens ipsa. κήδετο ⊃ ἐφρόντιζεν, ἔμελεν αὐτῇ
curabat, curæ illi erat. ὁρᾶτο ⊃ ἑώρα uidebat. θνήσκοντας ⊃
ἀποθνήσκοντας morientes. οἶδε ⊃ οὗτοι. ⊃ ἐπεὶ ⊃ ἐπειδὴ, apocope,
postquam. ἤγερθεν ⊃ συνηθροίσθησαν congregati sunt. ἀγείρω con-
grego, ἀθροίζω: unde est ἀγορὰ. ὁμηγερέες ἐγένοντο ⊃ ὁμοῦ
ἠθροίσθησαν simul congregati sunt, ab ὁμοῦ, et ἀγείρω. τοῖσι δὲ
μετέφη ⊃ ἐν αὐτοῖς δὲ εἶπεν, inter ipsos autem dixit. ὠκύς ⊃ ταχύς
uelox, unde est nostrum ocyor ⊣ celerior. πόδας ⊃ τοῖς ποσὶ. οἴω ⊃
οἶμαι puto, arbitror. οἴομαι uerbum integrum, per Syncopen οἶμαι pro-
fertur, per Diæresin οἴομαι, quod poëta uoce actiua protulit οἴω. Sic
Virgilius populare penates dixit, pro populari. ἄμμε ⊃ ὑμᾶς.
παλιμπλαγχθέντας ⊃ πάλιν πλανηθέντας, denuo errantes, ab inusitato

ναλα ἀλάζχοσιν ·|· ἐννο ἀλανᾶσιν : Unde est ἀόρ : α. ἐπαλάζχθην erraui. ὀδυσ. α. ὃς μάλα πολλὰ πλαζχθη. ἀφ) ὀπίσω retro ἀπενεῖκαι Dorice. ἀπονοσήσειν) ἀποστρέψειν ὀικαδε reuersurus domum. ἔϊκεν) εἰ ἄν similem. Φύζοιμεν) ἐκφύζοιμεν, effugiamus. Φεύζω fugio, ἀόρ. β. ἔφυζον. ἐπεὶ) ἐπειδὴ postquam. quandoquidem, quoniam quidem, Aduerbia. ὁμοῦ) ἅμα simul. δαμᾷ) δαμάζει, καταπονεῖ domat, fatigat, conficit, abrumit. ἐρεόμεν) ἐρωτῶμεν interrogamus. ἐρέω, et assumpto ι in diphthongo, ἐρείω interrogo, ἐρωτῶ, ἐρώμεν. Est autem Systole, pro ἐρείωμεν. μάντιν) οἰωνοσκόπον auspicem, ·|· qui ex inspectione auium futura praedicit. μάντις enim et uates est, et totum lingua augur, ·|· μάντις τῶν ἐπ᾽ οἰωνοῖς, ἢ οἰωνιστὴς. ἱρῆα) ἱροσκόπον auspicem ·|· qui ex inspectione extorum futura praedicit. ἱρεὺς enim et sacerdos est, et auspex, seu extispex ab eo, quod ἱρὰ latinè dicuntur exta. ὀνειροπόλον) δι᾽ ὀνείρων μαντευόμενον somniorum coniectorem, qui alio nomine ὀνειροκρίτης appellatur. κῆ γὰρ τε) κῆ γὰρ etenim. Τὶ totum mouet auium, dat. ὄναρ) ὄνειρος somnium, uel oraculum per somnium. ὅς κ᾽ εἴπῃσι) ὅστις λέγοι ἄν quis dicat. Ἔπεα πτερόεντα ἄχρηστον, eius ambo indefinita sunt in ἅπαξ εἰρημένα, ἔπεα, et εἶδον. ὅτι) διὰ τί cur. ἐχωσάσατο) ἀργίαν incusauit. τόσσον) τοσοῦτον. ἦτ᾽ ἄρ) ἦτε ἄρα utrum, πότερον. ὄφρ᾽) οὗτος hic. ἐνχωλῆς) τῆς ἐνχῆς ἕνεκα de

uoto. ἑκατόμβης ⊃ θυσίας ἑκατὸν βοῶν, de sacrificio centum boum, ex ἑκατὸν, & βοῦς. αἰκέν πως ⊃ ἐάν πως si quo modo, si fortè. ἀντιάσας ⊃ ἐπιτυχὼν nactus, consequutus: hoc enim ἀντιάω significat, cum genitiuo casu iunctum. κνίσσης ⊃ κνίσσα nidor. odor ex carne ambusta proficiscens. ἀρνῶν ⊃ ἀμνῶν agnorum. Τελείων ⊃ ὁλοκλήρων τὴν ἡλικίαν adulta, seu iusta aetate caprarum: quidam annicolas intelligunt. ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι ⊃ ἀπαμῦναι τὸν ὄλεθρον, auertere, seu depellere pestem: Tmesis Ionica. ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν ⊃ ὁ μὲν οὕτως εἰπὼν, hic quidem sic locutus. κατ' ἄρ' ἕζετο ⊃ ἐκατέζετο ἄρα residebat quidem. Tmesis Ionica. τοῖσι δὲ ⊃ ἐν αὐτοῖς δὲ. θεσορίδης ⊃ ὁ θέσορος υἱὸς. ὄχα ⊃ πολὺ longè. Οἰωνοπόλων ⊃ τῶν οἰωνισῶν augurum. τάτ' ἐόντα ⊃ τὰ ὄντα, τὰ ἐνεστῶτα, quae sunt praesentia. Εω sum, uerbum Ionicum pro εἰμὶ: Inde est participium ἐὼν. τάτ' ἐσόμενα ⊃ τὰ ἐσόμενα, τὰ μέλλοντα futura. προτ' ἐόντα ⊃ τὰ προγεγονότα, τὰ παρεληλυτότα, quae fuerunt, praeterita. ἡγήσατο ⊃ ἡγεμὼν ἐγένετο dux fuerat. ἡγεόμαι duco, dux sum. νήεσσι ⊃ ταῖς ναυσὶ nauibus, à nominatiuo plurali νῆες. ἴλιον ᾄσω ⊃ εἰς τροίαν ad Troiam. ἣν διὰ μαντοσύνην ⊃ διὰ τὴν ἑαυτοῦ μαντείαν, propter suam diuinationem. τήν οἱ ⊃ ἣν αὐτῷ, quam illi.

πόρε) ἔδωκε, ἐδωρήσατο dederat, donauerat. ὁ) οὗτος. ἐὐφρονέων) εὖ φρονῶν prudens. διάκρισις. ἀγορήσατο) ἐδημηγόρησεν concionatus est. σφίν) ἐν αὐτοῖς. μετέειπεν) ἐν αὐτοῖς εἶπεν, inter illos dixit. φίλε) φιλοφιλὲς charae, dilecte. κέλεαι) κελεύεις iubes. μυθήσασθαι) εἰπεῖν, λέγειν. ἐκατηβελέτεω) ἑκηβόλος procul iaculans. ἐκατηβελέτης, ἑκηβόλος procul iaculans. τοὶ γὰρ) τοι, γάρτοι, τοιγαροῦν itaque, Procope. ἐρέω) ἐρῶ λέξω dicam, ab inusitato uerbo ἔρω. σύνθεο) ἄκουσον, προσέσχε, audi, animaduerte, uel paciscere, seu fidem da, à συντίθημι, quod paciscor significat: apud Homerum etiam audio. Alibi: ἐμεῖο δὲ σύνθεο μῦθον. ὄμοσσον) ὄμοσον iura, da iusiurandum, Aeolicis. ὄμνυμι εἶπον, pr. ὀμόσω iurabo, ἀορ. ὤμοσα iuraui. ἀρκέξειν) βοηθήσειν ab ἀρήγω. opitulor, auxilior. ἦ) πάντως, ὄντως omnino, certè, aduerbium confirmandi. προφρονέως) προθύμως, Aeol. prompte, alacer, prompto animo. ἔπεσσιν) λόγοις uerbis. ἔπος uersus, poëticè uerbum. ὀϊόμην) οἴμην, ὑπολαμβάνω. χο, λωθέμεν) ὀργιαδήσασθαι stomachaturum. χολόω, et χολόομαι irascor, stomachor. κρατέῃς) ἄρχειν imperat. μέγα) μεγάλως, magnopere, ualde. ἀργείων) τῶν πελοποννησίων, Argiuis /: Peloponnensibus. πείθονται) πειθαρχεῖν obedient, parent. οἱ) αὐτῷ. κρείσσων) ἐπικρατέστερος superior, potentior, à positiuo ἀρετὸς. ὅτε χώσεται) ὅταν ὀργισθῇ cum iratus fuerit. χείρων) κακίων inferiori, à positiuo κακὸς.

est autem dativus poëtice enunciatus pro χερσίν per diæresin, ἐξ ἴασιν, ὑπὸ προσ-
ρεν, χερσίοιν, χερσίοιν, χέρηϊ. ἔκτορ χάρμη) χάρ quâ vis. κατὰ ἔφθη) κα-
τὰ δὲ σαρκὸς κόνιν ἔχεεν † consumpserit. πέσσω concoquo. μ. πέσσω co-
coquam à πέσσω, est enim anomalon. ἀνθρώπους) ἀνθρώπους, ἐν ἀν-
τῇ ἡμέρᾳ illo die. χόλον γε) τὴν ὀργὴν iram, bilem. ἀλλά γε νῦ) ἀλλὰ
ὅμως tamen. μετόπισθεν) ὕστερον, μετὰ ταῦτα postea, in posterum.
ἔσχε) κατέσχε, φυλάσσει retinet, servat. κότον) τὴν ὀργὴν iram.
ὄφρα) ἕως ἂν donec, dum, quoad. τελέσσῃ) ἐπιτελέσῃ, πληρώσῃ perficiat
expleat, explebit. ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι) ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ in corde suo.
φράσαι) διανοῆσαι, βούλευσαι, considera, delibera. βασιλῆες) βασιλεῖς servabis. βασ
salus, βασῶ salvo. Oratores βῶς, & βῶζω dicunt, per synæresin.
προσέφη) προσεῖπε affatus est. ἀναφηνάμενος) ἀνταποκρινόμενος
mutuum respondens. θεοπρόπιον) μαντείαν ἐκ θεοῦ, vaticinatio,
nem à deo profectam. † oraculum λόγιον, à λόγος, & προφήτιον. ὅτι)
ὅτερ quod. ὥτε) ὥστερ, ὥτινι cui. ἀναφαίνεις) φανερὰς λέ-
γεις, apertè dicis, edis. οὔτις) οὐδεὶς nemo. συμπάντων) ὁμοῦ
πάντων, simul omnium, cunctorum. ἐποίσῃ) ἐπιβαλεῖ afferet.
φέρω fero. μ. οἴσω. ἀόρ. ἤνεγκα tuli. βιαίας) βιαίας, ἢ βίᾳ,
βίας violentas, aut iniquas. δερκομένοιο) ὁρῶντος, ἢ
ὁρωμένου, dum video, aut videor. δέρκω video, ὁράω, βλέπω.
ἐπιχθονί) ἐπὶ τῆς γῆς in terra. εὐχέται) καυχᾶται gloriatur.
πολλόν) πολὺ multum † multò, seu longè.

Regula.

Olim pro πολύς, et πολλός, et πολλόν dicunt, ex quibus declinantur
reliqui casus πολλοῦ πολλῷ &c.

ἤνδα) ἔλεγε, εἶπε dicebat, dixit. ἀυδὴ vox, φωνὴ, ἀυδάω vocem mitto, loquor, dico, λέγω, λαλῶ. ἀμύμων) ἀμώμητος, ἀγαθὸς carens reprehensione, integer, sanctus. θύγατρα) τὴν θυγατέρα. ἀπεδέξατο) ἔλαβε accepit. τούνεκα) τούτου ἕνεκα, propterea, ob hanc causam. ἀφέξει) ἀποστήσει, ἀποκωλύσει, removebit, abstinebit, à themate ἀπέχω. πρὶν) πρότερον prius. πρίν γ' ἀποδόμεναι) πρὶν ἀποδώσομεν quàm reddamus. ἑλικώπιδα) μελανόφθαλμον, nigros habentem oculos, per Synecdochen formosam. ἑλικὸς niger μέλας, ὤψ ὠπός aspectus: inde ἑλικῶπις. κούρην) κόρην puellam. ἀπριάτην) ἄνευ πράσεως, sine venditione, gratis. ἀνάποινον) ἄνευ λύτρων sine precio. ἱερὴν) μεγάλην magnum, eximium. χρύσην) χρύσαν oppidum Troadis. κὲν) ἄν. πεπίθοιμεν) πείσοιμεν persuaserimus, à themate πείθω persuadeo. μὶν) αὐτὸν. ἱλασάμενοι) ἱλάσκω, & ἱλάσκομαι propitium reddo, placo. μ. ἱλάσω, & ἱλάσομαι placabo.

De scansione versuum apud Græcos.

Πηληιάδεω) In scandendo duae uocales in unam contrahendae sunt per Synaeresin :

μῆνιν ἄ . εἰδέ θέ . ᾱ πῆ . λῆϊᾰ . δῶ ἄχι . λῆος .

Idem postea faciendum est in dictione χρυσέω :

χρῡσῷ ἄ . νᾱ σκῆ . πρῷ κῐ ἔ . λῑσσέτο . πᾱντᾶς ἄ . χαῖους .

Et in θεοὶ : ῡμῖν . μὲν θοῖ . δοῖεν ὄ . λῡμπῐᾰ . δῶμᾰτε . χοντες .

Sic Virgilius : Fērrēi . qu' Eūmĕnĭ . dūm thălă . mi . Idem :

Dēpēn . dēnt lȳ . dm̄ lăquĕ . ārĭbŭs . aūrēis .

Ἀΐδι) Ultima syllaba positione producitur, propter duas consonantes, à quibus incipit sequens dictio :

πολλᾶς . δῑφθῑ . μῆς ψῡ . χᾶς ἄϊ . δῑ πρόϊ . ᾱψέν . Infra :

Νοῦσόν ἄ . νᾱ στρᾰτόν . ὦρσε κᾰ . κῆν ὄλε . κόντο δέ . λᾱοῖ .

Haec rarius fit apud latinos poëtas . Virg. 9 .

Fērtĕ cĭ . tī fēr . rūm dătĕ . tēlā . scāndĭtĕ . mūrōs . Iuuenalis :

Occūl . tā spŏlĭ . ēt plū . rēs dē . pācĕ tŭ . ūmphōs .

Ἑλώρια) Vocalis breuis propter liquidam insequentem mox producitur : ἡρῶ . ὧν αὖ . τοῦς δε . λῶρῐᾰ . τεῦχε κῦ . νεᾱσῐν .

Ἀτρείδης τε) Graeci poëtae magna libertate uel utuntur Synaloephe, subtracta etiam in scribendo uocale, aut diphthongo à fine dictionis, uel non utuntur Synaloephe

Homerus: Ουλομε. νῆν ἡ. μῡρῐ' ἄ. χαῖοῖς. ἄλγε' ἔ. θῆκεν.
Idem: ἄτρεῖ. δῆς τε ἄ. νᾶξ ἄν. δρῶν κῇ. δῖος ἄ. χῑλλεῦς.
Virg. Et sūc. cūs pĕcŏ. rī et. lāc sūb. dūcĭtŭr. ārmīs.
Idem: Et uera incessu patuit dea ille ubi matrem.
Idem: Tunc ille Æneas quem Dardanio Anchise.

ἔριδι ⊃ Ultima syllaba positione producitur propter duplicem, à qua incipit sequens dictio:
Τῖς τ' ἄρ. σφῶε θε. ὧν ἔρι. δῖ ξῦνε. ἧκε μᾶ. χεσθαῖ. Virg: Eūrī. quē zĕphy. rīquĕ tŭ. īnēnt.

ἑκηβόλου ⊃ Vocalis longa, aut diphthongus in fine posita, propter sequentem uocalem corripitur.
στεμμᾶτ' ἔ. χῶν ἐν. χερσῖν ἔ. κηβόλου. ἀπόλ. λῶνος. Idem: τῆν δ' ἐγῶ. οὐ λῦ. σῶ πρῖν. μῖν κῇ. γηρᾶς ἔ. πεῖσιν. ἡμέτε. ρῶ ἐνῖ. οἰκῷ ἐν. ἀργεῖ. τηλόθι. πᾶτρης. Idem: κλῦθι μεῦ. ἀργυρό. τόξ' ὃς. χρῦσῆν. ἀμφῖβε. βήκας.
Sic Virgilius: Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
Idem: Insulæ Ionio in magno.

Ἀπόλλωνος ⊃ Ectasis uocalis ancipitis, dialecti Doricæ propria. Nam prima syllaba huius dictionis corripitur natura. Alibi: ὃς κ' εἰ. ποῖ ὅτι. τοσόν ἔ. χῶσατο. φοῖβος ἄ. πόλλων. Sic Virgilius in dictione Italus primam produxit Æneid 9. Coniecto sternit iaculo, uolat Itala cornus.

πο,

πόλιν) Ultima syllaba brevis excusatur cæsura. Alibi: αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς. Virg: Et furiis agitatus amor, et conscia virtus. Tibul. Te canit agricola magna cum venerit urbe.

Ὃς ἤδη) Versus ἀκέφαλος: In principio enim deest tempus.

ἐυρυκρείων) ὁ εὐρὺ κρατῶν, ἢ βασιλεύων, late imperans seu regnans, ὁ μέγας βασιλεὺς magnus rex. Sunt autem κρείων, & κρείουσα participia per Syncopen, & Epenthesin facta ex κρατέων, et κρατέουσα. ἀχνύμενος) λυπούμενος dolens, tristis. ἀμφιμέλεναι) αἱ βαθεῖαι profunda, seu ima præcordia, ut sit Metalepsis. Virg. Speluncis abdidit atris: Vel τεταραγμένα διὰ τὴν ὀργὴν, præcordia perturbata ira. πίμπλαντο) ἐπληρῶντο, replebantur. πίμπλημι repleo, à πιμπλάω. μένεος) ὁρμῆς, ἢ ὀργῆς impetu, vel ira. Μένος vis, impetus, ardor, ira, furor, hæc enim omnia significat apud Homerum. ὄσσε) τὰ ὄμματα, οἱ ὀφθαλμοὶ oculi. ἰείκτην) ὅμοιοι ἦσαν similes erant. εἴκω similis sum: Unde est εἰκὼν imago

ὁ παρατατικὸς εἶκον ἐς ε, qualiter ἔικετον ἐικέτην: per Tiaresin et Syncopen ἔικτην. λαμπετόωντι ⊃ λάμποντι lucenti, splendenti. λαμπετάω, & λαμπετόω verbum poëticum pro λάμπω. προσέειπε ⊃ προσεῖπε affatus est, locutus est. πρώτιστα ⊃ πρῶτον primum. Adverbium gradus superlativi à positivo πρῶτα. ὀσσόμενος ⊃ βλέπων videns. κακὰ ⊃ κακῶς, δεινῶς, φοβερῶς, malè, torvè, truculenter, truculento vultu. Sic Virg. Talibus Æneas ardentem, & torva tuentem Lenibat dictis, ‡ torvè videntem, κακοσσόμενον. μάντι κακῶν ⊃ ὦ μάντι τῶν κακῶν, τοῦτ' ἔστι, ὦ μάντι κακὲ vates male. Solet enim hæc figura communiter ~~communiter~~ cum articulo enunciari, ut σωκράτης τῶν ἀγαθῶν, pro ἀγαθὸς σωκράτης. Potest etiam neutro genere intelligi, ut sit, vates malorum, seu rerum malarum. οὐπώποτε ⊃ οὐδεπώποτε, οὐδέποτε nunquam. κρήγιον ⊃ ἀληθὲς, ὑγιὲς, ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, θυμῆρες, verum bonum, utile, iucundum, gratum. Variè enim exponitur à Grammaticis. αἰεί τοι ⊃ αἰείσοι semper tibi ἔστι φίλα φρεσὶ ⊃ ἀρέσκει ‡ placet tibi, iuvat te. οὐδέτιπω ⊃ οὐδεπώποτε nunquam. Pleonasmus, & Apocope. ἐσθλὸν ⊃ ἀγαθὸν, bonum. ἔπος ⊃ λόγον. ἀγορεύεις ⊃ δημηγορεῖς, λέγεις, concionaris, dicis. θεοπροπέων ⊃ μαντευόμενος vaticinans. ὡς ⊃ ὅτι

Idem Gerig. 4. Sera communiter Harrisius, ‡ suo.

quod. τεύχει ⊃ ποιεῖ, τίθησι, δίδωσι, facit, inurit. τοῦ δὲ ἕνεκα ⊃ τούτου ἕνεκα, διὰ τούτο. τοῦ δὲ ⊃ τούτου huius. πολὺ ⊃ λίαν multum si magnopere. προβέβουλα ⊃ προκέκρικα, praetuli, anteposui. παρακείμενος verbi βούλομαι. κλυταιμνήστρης ⊃ τῆς κλυταιμνήστρας Clytemnestrae. κουριδίης ⊃ τῆς ἐκπαρθενίας γαμαιτῆς, quae puella, seu virgo mihi nupsit, à κούρη, quasi puellaris, vel legitimae coniugi, quae filia familias legitimè mihi desponsa est. Herodotus enim coniungit παλλακὰς καὶ τὰς κουριδίας γυναίκας pellices legitimas uxores. ἀλόχου ⊃ γυναικὸς, γαμετῆς. χερείων) ἐλάσσων, ἥσσων. ἔθεν ⊃ αὐτῆς illi. δέμας ⊃ σῶμα. φυὴν ⊃ τὴν τοῦ σώματος εὐφυΐαν, bona corporis habitudine. φρένας ⊃ σύνεσιν, mente, ingenio. οὐτέτι ⊃ τι abundat sonum more. ἀλλὰ καὶ ὡς ⊃ ἀλλ' ὅμως veruntamen. δόμεναι ~~πα~~ λιν ⊃ ἀποδοῦναι, reddere, restituere. σόον ἔμμεναι ⊃ σώζεσθαι salvum esse, conservari, servari. ἢ ⊃ καὶ οὐκ, et non. Coniunctio ἀναιρετικὴ habens vim auferendi. Psalmo 117. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. ἀγαθὸν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐλπίζειν, ἐπ' ἄρχουσιν. Potest etiam exponi pro μᾶλλον ἢ, Ut sit: Malo ego populum salvum esse, quàm perire. Ut in dicto Diogenis. θέλω τύχης σαλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. Eodem modo accipitur Matthaei 18. αὐτίχ' ἑτοιμάσατε ⊃ αὐτίκα ἑτοιμάσατε statim parate. ὄφρα ⊃ ἵνα. οἷος ⊃ μόνος

solus. ἀργείων ⊃ τῶν ἑλλήνων. ἔω ⊃ ὦ Ionicum. ἀγέραστος ⊃
ἄνευ γέρατος sine ~~pretio~~ praemio. ἔοικε ⊃ πρέπει decet, conuenit.
λεύσετε ⊃ ὁρᾶτε uidete, dispicite, ut sit praesentis temporis mo-
di imperatiui, & γὰρ pro δὴ, uel οὖν accipiatur, uel ὄψεσθε
γὰρ uidebitis enim, ut sit minantis. ὃ ⊃ ὅτι quod. ἄλλη ⊃
ἀλλαχόθεν aliunde. Ποδάρκης ⊃ ποδὰς ὠκὺς, ταχὺς pedi-
bus ualens, uelox, à ποὺς ποδὸς, et ἀρκέω, sufficio, ualeo.
τὸν δ' ἠμείβετο ⊃ τίστῳ ἀπεκρίνετο, huic respondebat. Ἀμείβο-
μαι respondeo, ἀποκρίνομαι. κύδιστε ⊃ ἐνδοξότατε, ἐντιμό-
τατε, clarissime, honoratissime. Nomen superlatiuum fa-
ctum à κῦδος ⊣ gloria, quemadmodum ὕψιστος ab ὕψος.
Φιλοκτεανώτατε ⊃ φιλοχρηματώτατε auarissime, cupidissime,
φιλοκτέανος, auarus, φιλοχρήματος à φίλος & κτέανον, quod
poëtis est κτῆμα, bonum, res. πῶς γὰρ ⊃ πῶς δὴ, quo pacto
tandem. γὰρ seruit interrogationi. μεγάθυμοι ⊃ μεγαλό-
ψυχοι, ἀνδρεῖοι, magnanimi, fortes. οὐδέτιπω ⊃ οὐδαμῶς ne-
quaquam. ἴδμεν ⊃ ἐπιστάμεθα scimus. ἴσημι scio ἐπίσταμαι
uerbum ἄχρηστον. Numero plurali ἴσαμεν, per Syncopam
ἴσμεν, per Antithesin Aeolicam ἴδμεν. ξυνήϊα ⊃ κοινὰ χρή-
ματα communia bona. ξυν cum, praepositio Attica. Hinc
ξυνὸς communis, κοινὸς, & inde ξύνειος, & per Metaplasmum

